6
26 N
4

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

I. 9. i

20.8.9.

II
13
A

II
13
A

Digitized by Google

F
1122

Digitized by Google

DICTIONARIVM

AELII ANTONII

NEBRISSENSIS GRAMMATICI, CHRONOGRAPHI REGII, IMO RECENS

Acceſsio facta ad quadruplex eiuſdem antiqui dictionarij ſupplementum.

¶ Quorum primum continet dictiones Latinas in ſermonem Hiſpanum verſas.
¶ Secundum nomina propria regionum, vrbium, montium, fluuiorum, &c.
¶ Tertium autem neotericis, ac vulgares regionũ, & vrbiũ appellationes vice verſa cõplectitur.
¶ Quartum, & vltimum voces Hiſpanas Latinitate donatas.

PRAETER IOANNIS LOPEZ SERRANI MALACITANI LABORES ex Ciceronis Lexicis, & hiſtoricis, huic vltimæ editioni ab innumeris mendis, quibus ſuperiores ſcatebant, purgati, multa, quæ deſiderabantur, addita. Index inſuper vtiliſsimus, in quo oppoſita, emendataque quotidiani ſermonis barbaries, opera M. Ioannis Aluarez Sagredo Burgenſis.

ACCESSERVNT PERMVLTÆ DICTIONES, TVM EX SACRARVM literarum, tùm ex vtriuſquè iuris voluminibus. ¶ Index verborum veterum, & raro vſitatorum apud Terentium. ¶ Dictionarium Arabicum poſitum in calce Dictionarij Hiſpani. ¶ Omnium penè ſyllabarum quantitas annotatur.

TANDEM HAC VLTIMA EDITIONE, OMNIA SVPERIVS RELATA: non paucis erroribus vindicata; ferè innumera vocabula, tùm Latina, tùm Hiſpanica addita prodeunt. Opera R.P.M. Fr. Petri Ortiz de Luiando, Sacri Ordinis Redemptorum Beatæ Mariæ de Mercede.

Año  1638.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

MATRITI. EX TYPOGRAPHIA REGIA.

Expenſis Gabrielis à Leon Bibliopolæ.

Digitized by Google

EL REY.

POR quanto por parte de vos. Matheo Hernandez, Impreſſor de libros deſta nueſtra Corte nos fue fecha relacion, que por el año paſſado de quinientos y cinquenta y quatro, ſe auia dado licencia y priuilegio para imprimir el libro intitulado Bocabulario de Antonio de Nebrija, por los de Nebrija ſu nieto: y deſpues ſe auia prorrogado y hecho merced al Doctor Sancho de Nebrija, Alcalde del Crimen q̃ fue de la nueſtra Audiencia, y Chancilleria, que reſide en la ciudad de Granada. Y deſpues de lo ſuſodicho por parte de Antonio de Nebrija ſe nos ſuplicò fueſſemos ſeruido de conceder el dicho priuilegio à don Auguſtin Antonio de Nebrija ſu hijo, el qual ſe le auia concedido. Y nos ſuplicò tambiẽ, que pues el era Clerigo de Orden Sacro, y no podia tener hijos que ſucedieſſen en la dicha merced, ſe la hizieſſemos de que vinieſſe a la perſona que el nombraſſe en ſu teſtamento. El qual auia nombrado a Iuan de Carbajal y Nebrija ſu ſobrino, en quien auia eſpirado la merced del dicho priuilegio, y aora parecia por cierta fee, y teſtamento, de que ante los del nueſtro Conſejo fue fecha preſentacion, por donde conſtaua de como el ſuſodicho era muerto, y paſſado deſta preſente vida, y no auia dexado herederos q̃ le ſucedieſſen en el dicho priuilegio, ni perſona a quien tuuieſſe obligacion alguna. Y porque el dicho libro no ſe podia imprimir, ni vẽder ſin licencia nueſtra, y ſer tã vtil y prouechoſo, que ſin el ſeria impoſsible que pudieſſe continuar los Eſtudios nadie, por ſer el principio de la ciencia, el animo de las letras, y el cimiento en que ſe funda la erudicion, nos fue pedido, y ſuplicado os mandaſſemos conceder licencia y priuilegio por veynte años, o por el tiempo que fueſſemos ſeruido, para imprimir el dicho Bocabulario de Antonio de Nebrija, pues auia ceſſado con la muerte del dicho Iuan de Caruajal la ſuceſsion del dicho preuilegio, y vos teniades los moldes, y aparejos baſtantes para imprimirle, o como la nueſtra merced fueſſe; lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo. Y como por ſu mandado ſe hizieron las diligencias que la prematica por Nos vltimamente fecha ſobre la impreſsion de los libros diſpone, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta vueſtra cedula para nos en la dicha razon, y Nos tuuimoslo por bien. Por la qual os damos licencia y facultad, para que por tiempo de ſeys años primeros ſiguientes, que corran, y ſe quenten deſde el dia de la fecha della, vos, o la perſona que vueſtro poder huuiere, podays imprimir y vender el dicho libro, que de ſuſo ſe haze mencion, por el original que en el nueſtro Conſejo ſe vio, que va rubricado, y firmado al fin de don Diego de Cañizares y Arteaga nueſtro Eſcriuano de Camara perpetuo de los que en el nueſtro Cõſejo reſiden, con que antes que ſe venda lo traygays ante Nos, juntamente con el dicho original, para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme a el, y traygays fee en publica forma, de como por corrector por Nos nombrado, ſe vio, y corrigio la dicha impreſsion por ſu original. Y mandamos al impreſſor que imprimiere el dicho libro, no imprima el principio, y primer pliego, ni entregue mas de vn ſolo libro con el original al Autor, o perſona, à cuya coſta ſe imprimiere, y no otro alguno para efecto de la dicha Correccion, y Taſſa, haſta que primero el dicho libro eſtè corregido, y taſſado por los del nueſtro Cõſejo. Y eſtando aſsi, y no de otra manera, pueda imprimir el dicho libro, principio, y primer pliego, en el qual ſeguidamẽte ſe ponga eſta licencia, y priuilegio, y la aprouacion, taſſa, y erratas, ſo pena de caer, y incurrir en las penas contenidas en la prematica, y leyes de nueſtros Reynos, que ſobre ello diſponen. Y mandamos, que durante el dicho tiempo de los dichos ſeis años, perſona alguna ſin vueſtra licencia no lo pueda imprimir, ni vender, ſo pena que el que lo imprimiere, aya perdido, y pierda todos, y qualeſquier libros, moldes, y aparejos, que del dicho libro tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis, la qual dicha pena, ſea la tercia parte para la nueſtra Camara, y la otra tercia parte, para el Iuez que lo ſenenciare, y la otra tercia parte, para la perſona que lo denunciare. Y mandamos a los del nueſtro Conſejo, Gouernador, y Oydores de las nueſtras Audiencias, Alcaldes, Alguaciles de la nueſtra Caſa, y Corte, y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Aſsiſtente, Gouernadores, Alcaldes mayores, y Ordinarios, y otros Iuezes, y Iuſticias qualeſquier de todas las Ciudades, Villas y lugares de los nueſtros Reynos, y Señorios, q̃ vos guarden y cumplan eſta nueſtra cedula, y contra ſu tenor y forma, no vayan, ni paſſen, ni conſientan yr, ni paſſar en manera alguna. Fecha en Madrid à treze dias del mes de Diziembre de mil y ſeiſcientos y treynta y ſeys años. YO EL REY. Por mandado del Rey nueſtro Señor. Franciſco Gomez de Laſprilla.

FEE DE ERRATAS.

LIBER hic nomine inſcriptus Ælij Antonij Nebriſſenſis, Grammatici Chronographi, Regij dictionariũ Latinum, Hiſpanica explanatione illuſtratum, correſpondet ſuo Archetypo fideliter, ac verè. Datum Matriti die 13. menſis Iulij. Anno 1638.

El Licenciado Murcia de la Llana.

SVMA DE TASSA.

ESTE Libro intitulado Vocabulario de Antonio, eſtà taſſado por los Señores del Conſejo à cinco marauedis cada pliego, el qual tiene ducientos y veinte y tres pliegos, con principios y tablas, que al dicho reſpeto monta mil ciento y quinze marauedis, y à eſte precio mandaron ſe venda, como mas largamente conſta de ſu original, deſpachado en el oficio de don Diego Cañizares y Arteaga. Su fecha en 27. de Iulio de 1638. años.

Digitized by Google

AL MVY REVERENDO PADRE Fray Alonſo Brizeño, Calificador del ſanto Oficio, Padre de la Prouincia de los doze Apoſtoles de Lima, y Lector dos vezes jubilado. Del Orden Serafico de N.P.S. Franciſco, de la Obſeruancia.

SI començò en el mundo el vſo de dedicar los libros que ſalen à publica luz, de la voluntad del Autor, vnas vezes finamente agradecida à antecedentes beneficios, otras cuerdamente aficionada à heroycas virtudes del Patron: nadie podra eſtrañar, que yo conſagre a V.P.R. eſta vltima edicion del Vocabulario, del celebre Antonio de Nebrija, corregida con deſuelo, y añadida con atencion, en numeroſa cantidad de vocablos de ambas lenguas, que a mi coſta imprimo. Porque ſiendo las dos mas precioſas calidades entre diuino, y humano, la Religion, y la ciencia, ſin las quales, las demas juſtamente ſe pierden de viſta; hallo en V. P. R. eſtas dos tan en grado ſublime, que confieſſo me arrebataron el afecto à grauiſsimas eſtimaciones. Hallo para lo Religioſo, no ſolo el ſagrado inſtituto, y mas dignamente venerado del Orden Serafico, no tanto publico en el venerable habito, quanto en las ineſtimables acciones: baſta referir vna por mil, que es verle tan lejos de ſu Patria, tan apetecida de otros el Peru: no a ſolicitar ambicioſos cuydados (peſte que toca y deſtruye à tantos) ſino a executar glorioſos empleos de ſus deſuelos. Y para lo docto miro tantos felices años gaſtados en el magiſterio de ſagrada Teologia, que baſtaron a dar dos jubilaciones. Y baſtã a grangear infinitos aprecios; cuyos frutos guſtoſamente gozara el Orbe Chriſtiano, en los Tomos que actualmente V.P.R. eſtá dando a la eſtampa. Y le ocupan tantos bien empleados tiempos, de que ſoy ocular teſtigo. Reciba pues V.P.R. eſta pequeña demoſtracion de mi inclinacion, ſino por mia, por materia en lugar primero neceſſaria para la erudicion, que profeſſa. Que para mi ſeruirá de premio, que conozcan quantos la vieren, ay entre la pobreza de mi caudal eſta digna eſtimacion de las virtudes de V.P.R. cuya vida proſpere nueſtro Señor como deſeo.

Sieruo de V.P.R. que beſa ſu mano.

Gabriel de Leon.

AD

AD MAGNIFICENTISSIMVM, ac perinde illuſtrem D. Ioannem Stunicam Magiſtrum militiæ de Alcantara Ordinis Ciſtercienſis Ælij Antonij Nebriſſenſis Præfatio in interpretatione dictionum ex ſermone Latino in Hiſpanienſem.

VTRVM mihi fuerit honeſtius, atque magis Reipublicæ, in illo clariſſimo Hiſpaniæ, ac perinde totius orbis terrarum Salmanticenſi gymnaſio artem Grammaticam profiteri, an ampliſſimæ dignationis tuæ contubernio, ac iucundiſſima familiaritate frui, multi quotidie à me quærunt, id quod ego ſoleo mecum ſæpè cogitare. Nam fuit (quod ſine arrogantia dictum eſſe velim) profeſſio illa mea vſque adeo illuſtris, vt etiã maleuolorum teſtimonio, & inimicorum confeſſione, totum hoc mihi tribuatur, quod Latini ſermonis officinam primus aperui, auſus, quod ait Horatianus ille Catius, nouis præceptis ſigna ponere. Et quod ex vniuerſa propemodum Hiſpania Alexandros, Petros, Helias, & duriora adhuc nomina, Galteros, Ebardos, Paſtranas, & neſcio quos indignos, qui numerentur Grammatiſtas, ac literatores, funditus eradicaui, quodque ſi apud nationis noſtræ homines Romanæ linguæ quicquam eſt, id totum mihi acceptum referri debet. Eſt profectò hæc laboris noſtri merces ita magna, vt in hoc literarum genere nulla maior excogitari poſſit: ſed tota illa noſtræ profeſſionis induſtria perangustis finibus circunſcripta erat.

Nam cum in enarrandis authoribus omnia propè tempora mea conſumerem, quinis quotidie, aut ſenis horis in re difficillima, nec minꝰ faſtidioſa occupatus, fateor, non fuiſſe totum negotium illud tanti, vt in ea (quæ videbatur ad paucorum vtilitatem pertinere) tam bonas horas collocarem, cum fortaſſe maioribus auſpicijs, atque ad opera multo maiora natus eſſem, quæ noſtris hominibus multo conducibiliora forent.

Quid, quod habenda fuit ratio valetudinis, & ingenij, cuius vtriuſque vires ſentiebam in dies hebetari, atq; illud mihi vſu euenire, quod de lucerna eſt in prouerbio, Dũ cætera illuſtrat, ipſam pati intertrimẽtũ.

Itaque cũ eſſem à te, Princeps illuſtriſſime, multis præclariſque beneficijs inuitatus, vt tuorum numero aſcribi vellem, illic arripui occaſionem, & eò quidem libentiùs, quod mihi iam diù cupiebã, quam dari aliquando mihi otiũ, in quo poſſem aliquid ſcribere, quod non modo præſentibus, verum etiã poſteris prodeſſet.

Nõ quod hoc ſatis pulcri intelligerẽ, quã frequẽs debeat eſſe is, qui vitã hãc aulicã ſectatur, atq; Principi ſuo placere ſtudet, vt quod fieri ſi cõmode poſſit, nullũ tẽpus intermittatur, quo nõ illi aſtet, palpetur, blãdiatur, ardeat, cõdoleat, deducat, & reducat: ſed quod videbã te ea magnitudine animi, & hæc omnia paruiſacere, & ea humanitate, vt nihil eſſet (modo honeſtũ)

quod nõ mi-

AL MVY MAGNIFICO Y ASSI iluſtre ſeñor don Iuan de Eſtuñiga, Maeſtre de la Caualleria de Calatraua de la Orden del Ciſter. Comiença el Prologo del Maeſtro Antonio de Lebrixa, en la interpretacion de las palabras Latinas en lengua Caſtellana.

MVCHOS cada dia me preguntã aquello meſmo que yo muchas vezes ſuelo con migo penſar: qual de dos coſas me fuera mas honeſta, y mas prouechoſa a la Republica, enſeñar Gramatica en el eſtudio de Salamanca el mas luzido de Eſpaña, y por conſiguiente de la redondez de todas las tierras, ò gozar de la familiaridad, y dulce conuerſacion de vueſtra muy iluſtre, y gran ſeñoria. Porque (hablando ſin ſoberuia) fue aquella mi doctrina tan notable, que aun por teſtimonio de los inuidioſos, y confeſſion de mis enemigos, todo aqueſto ſe me otorga, que yo fuy el primero que abri tienda de la lengua Latina, y osè poner pendon para nueuos preceptos, como dize aquel Horaciano Cacio. Y que yo caſi de todo punto deſarrayguè de toda Eſpaña los Doctrinales, los Pedros, Elias, y otros nombres aun mas duros, los Galteros, Ebardos, Paſtranas, y otros no ſe que poſtizos, y contrahechos Gramaticos, no merecedores de ſer nõbrados. Y que ſi cerca de los hombres de nueſtra nacion alguna coſa ſe halla de Latin, todo aquello ſe ha de referir a mi. Es por cierto tan grande el galardon deſte mi trabajo, q̃ en eſte genero de letras, otro mayor no ſe puede pẽſar: mas toda aquella mi induſtria de enſeñar eſtaua dentro de muy eſtrechos terminos pueſta. Porq̃ como gaſtaſe caſi todo mi tiempo en declarar los autores, ocupando cada dia cinco, o ſeis horas en coſa no menos deficil, q̃ enojoſa, quiero dezir la verdad, que no era en todo aquel negocio de tanto valor, que huuieſſe de emplear tan buenas horas en coſa que parezca tocar al prouecho de pocos, ſiendo por auentura nacido con mayor fortuna, y para obras mayores, y que fueſſen a los nueſtros mucho mas prouechoſas.

Quãto mas, que auia razon de mirar por mi ſalud, y ingenio, las fuerças de los quales entrambos ſentia mas, y mas ſer enflaquecida, y por experiencia acontecerme lo que de la candela eſtâ en el refrã, que alumbrando a los otros, ella recibe mengua.

Aſſi que muy iluſtre ſeñor, ſiendo yo con muchas, y ſeñaladas mercedes de V.S combidado, que me quiſieſſe contar en el numero de los vueſtros, luego arrebatè la buena dicha, y tanto de mejor gana, que ya ninguna coſa mas deſeaua, que ofrecerſeme negocio en que pudieſſe eſcriuir alguna coſa, que aprouechaſe, no ſolo a los preſentes, mas aun a los que eſtan por venir.

No porque yo no ſabia bien, quan continuo ha de ſer aquel que ſigue eſta vida palaciana, y quiere agradar a ſu ſeñor, y ſi buenamente ſe puede hazer, que nunca ſe interponga tiempo, en que no eſtè delante del, le liſongee, le halague, ſe ria de lo q̃ el riere, le peſe de lo que le peſare, lo acompañe do fuere, y do viniere, mas porq̃ conocia la grandeza de vueſtro animo tamaña, que tenia en poco todo ello

Google

mihi per te licere poſſe conſiderem. Igitur tum primũ tuus eſſe cœpi, magnam illicò ſpem immortalitatis mihi ante oculos propoſui, aggreſſuſq; ſum opus, quod putabam eſſe maximum, omninmq; maxime neceſſarium: ſed cui nõ modò ego, verùm etiam omnes omniũ diſciplinarum profeſſores ſatisfacere vix poſsint.

Nam quotus quiſque præceptor in arte ſua, aut non negligit, aut nõ ignorat pleraquè rerum vocabula, in quæ, ſi fortè inciderit, aut diſsimulat, aut aliud pro alio accipit, aut ſe neſcire fatetur ingenuè; quòd ſi velint eſſe paulò diligentiores, atquè authores illos conſulere, qui de verborum ſignificationibus ſcripſerunt, aut nihil reperient, nihilaplus inde reportent, quàm ſi nihil inueniant.

Omnes enim qui ſibi vnquam hanc prouinciam aſſumpſerunt, aut in dictionibus abſolutis, inuſitatis, barbaris, & peregrinis, magna ex parte occupati ſunt, aut tan ambiguè, dubitanterque omnia exponunt, vt nihil certi nobis tradant, aut ſi rem ipſam per diffinitionem, qualis eſt, nobis deſcribunt, non tamen ita, vt digito monſtrari poſsit.

Quod eo fit, aut quia ipſi iidem illa ignorãt, aut quia incognita per multò incertiora nobis oſtendunt, quæ omnia vitia (quantum fieri potuit) declinauimus. Nã & vocabula Oſca, & priſca, quibus propter antiquitatis maieſtatem plerumque vtuntur authores, breuiter attigimus, neq; quidquã ſub ambiguitate reliquimus, ſed aut quid eſſet, plane diximus, aut confeſsi ſumus nos ignorare rem, genere tantùm cum aliqua differentia annotato. Et ne vllus mihi relinquatur veniæ locus, dictiones Latinas, aut Græcas, & Barbaras Latinitate donatas per exactiſsimam alphabeti ſeriẽ digeſtas in Hiſpanienſem linguam conuertimus: magno fateor æſtimationis meæ periculo, cum non deſint, qui literas ventilent, calumnienter in ſyllabas, & toti denique huic noſtræ interpretationi detrahant.

Sed audendũ fuit aliquid: atq; pro vtilitate multorum ſubeundum, vt ſapientes, atque inſipientes de nouis iudicarent. Quòd ſi alicubi excidimus, neque ſatiſfecimus opinioni, quam multi de nobis habent, conſiderare debebit amicus lector rei difficultatem, & nõ quid ego fecerim, ſed quid alij præſtare non potuerint.

Nam cùm res ipſæ, quarũ vocabula ſunt aut cũ ipſa natura perenẽt, aut in ſolo vſu, hominũq; arbitrio poſitæ ſint: naturali illa magna ex parte nominib⁹ tã tũ peregrinis orbi noſtro cognita ſunt, & hæc voluntaria (nobis etiã ſentientibus) quotidie cum nominib⁹ immutantur. Quid quod ex ijs rebus quarum formæ (vt Phyſici dicunt) ſempiternæ ſunt, quædã penitus interierunt, quaſdã incognitas repẽte natura protulit?

Nulla fuit arbor inter antiquos nobilior platano, ſed an extet hodiè apud aliquas gentes, ego non auſim affirmare, certe in Hiſpania nuſquã eſſe audio. Fuiſſe autem antiquis temporibus, vel ex eo manifeſtum eſt, quòd C. Cæſar in memoriam nominis ſui arborem propria manu Cordubæ cõſeuit. Qua de re eſt epigramma Martialis, lib. 9 epiſt. 62.

y la humanidad tan grande, que no auia, coſa ſi fueſſe honeſta que no me dieſſe lugar para la hazer. Aſsi q̃ luego que comencè à ſer vueſtro, puſe delante los ojos vna grande eſperança de inmortalidad, y tentè vna obra, la qual penſaua ſer la mayor, y mas neceſſaria de todas, y a la qual no ſolamẽte yo ſolo, màs aun todos los Maeſtros de todas las ciẽcias apenas puedan ſatisfazer. Porque cada profeſſor en ſu arte, ò no cura, ò no ſabe los mas de los vocablos de las coſas, con los quales, ſi alguna vez encuentra por auentura, ò los diſſimula, ò toma vno por otro, ò con vna generoſa verguença confieſſa que no lo ſabe. Y ſi quiſieren ſer vn poco mas diligentes, y tomar conſejo de aquellos que eſcriuierõ de las ſignificaciones de los vocablos, ò ninguna coſa hallaràn, ò ſi algo hallaran, tanto monta como ſi ninguna coſa hallaſſen. Porque todos los que en eſte cuydado ſe puſieron, eſtan por la mayor parte ocupados en palabras muy antiguas deſuſadas, barbaras, y eſtrangeras, ò declaran las coſas aſſi confuſa, y dudoſamente, que ninguna certidũbre dellas nos dexan, ò ſi por difinicion nos ſeñalan que tal es aquella coſa, no à lo menos en tal manera, que con el dedo ſe nos pueda demoſtrar. Lo qual acontece, ò porque ellos no ſupieron que coſa era, o porque nos enſeñan las coſas no conocidas por las menos ciertas. De los quales todos vicios; quanto fue poſſible, nos apartamos, tocando breuemente las dicciones muy antiguas, de que por acatamiento de la antiguedad à vezes vſan los autores, y no dexando alguna coſa debaxo de duda, antes eſpecificadamente, diziendo, que coſa es, ò ſeñalando el genero con alguna diferencia, confeſſando; que no ſabemos la eſpecie. Y porque no me quede lugar de perdon, bolui en lengua Caſtellana las dicciones Latinas, Griegas, y barbaras vſadas en lengua Latina: repetidas por muy diligente orden del A. b. c. quiero dezir la verdad; con gran peligro de mi honra: porque no faltarà quien examine las letras; acuſe las ſilabas, y en fin reprehenda toda eſta nueſtra interpretacion. Mas fue neceſſario de nos atreuer, y por el prouecho de muchos ſometernos al juyzio de los que ſaben, y no ſaben. Y ſi en algun lugar tropeçamos, y no ſatisfaze à la opinion que muchos de mi tienen, ha de conſiderar el letor amigo la dificultad de la coſa, y no lo que yo hize, mas lo que los otros no pudieron hazer. Porque como las coſas de que ſon los vocablos, ò ſon perdurables con la miſma naturaleza, ò eſtan pueſtos en ſolo el vſo, y aluedrio de los hombres. Las naturales por la mayor parte ſon conocidas en nueſtra tierra por nombres peregrinos: y eſtas otras voluntarias; ſintiendolo noſotros, ſe mudaran cada dia con ſus nombres. Pues que diremos de aquellas coſas, las eſpecies de las quales (como dizen los Filoſofos) ſon eternas, que vnas del todo ſe perdieron; y otras por el contrario nunca viſtas ſubitamente pariò la naturaleza? Ningun arbol fue entre los antiguos mas notable q̃ el platano, yo no oſaria afirmar, que lo ay oy cerca de algunas gentes, alomenos en Eſpaña no oygo dezir que ſe halle. Y que en aquellos tiempos lo huuieſſe; parece muy claro por aquello que Ceſar en memoria de ſu nombre lo plantò en Cordoua por ſu propia mano De lo qual ay vna epigrama de Marcial, que dize.

In Tarceſſiacis domus eſt notiſſima terris,
Qua diues placidum Corduba Bætin amat.
Vellera natiuo pallent, vbi flamma metallo,
Et lini Heſperium bractea viua pecus.
Ædibus in medijs totos complexa Penates.
Stat platanus denſis Cæſariana comis.

Quod verò poeta dicit: Velle natiuo pallent,
Vbi flaua metallo; *Et alio loco, lib. 12. epiſt. 64:*

Vncto Corduba lætior venafro.
Albi quæ ſuperas oues Galeſi.
Nullo murice, nec cruore mendax.
Sed tinctis gregibus colore viuo.

Et alio præterea loco de Bætiſ fluuio ſic inquit.

Bætis oliuifera crinem redimite corona,
Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.

Nemo eſt qui dicat, ſe noſtro ſæculo vidiſſe oues natiuo illo auri ſplendore infectas. Vbi nunc eſt illa auri tot ſæculis exhauſta, atque terris omnibus prælata fertilitas, ex qua pōdo auri ſexaginta millia quot annis populo Romano pendebat Aſturia?

Vbi nunc argentarij illi putei ab Hannibale inchoati, quorum vnus tantum trecentas argenti libras quotidie Carthagineniſibus ſubminiſtrabat?

Vbi nunc in prouincia Bætica numeroſa illa plumbi inuentio? Vbi in Tarraconēſi ad Segobriā lapidis ſpecularis metalla? Vbi torrentis illius, qui præterlabitur Tarraconem lini tenuandi, poliendi, candificandi incredibilis quædam natura, Carbaſis ibi primum repertis: Quæ omnia eo vſque euanuerunt, vt nec veſtigium, quidem vllum noſtra ætate reperiatur. At è cōtrario multa ſunt noſtro ſæculo, quæ antiquitas illa, aut penitus ignorauit, aut genere tantùm in diſtinctione cognito, differentias rerum non intellexit.

Mala citrea vnius tantum generis, ac nominis, atque ita vix cognita apud antiquos fuiſſe legimus.

Nos verò eius pomi varijs generibus nomina diuerſa indidimus, cidras, naranjas, toronjas, limas, limones, *appellantes.*

Accipitres eos, qui ſic propriè appellantur, & quibus tempeſtatis noſtræ aucupes vtuntur, in duo genera diſtinxit Ariſtoteles author omnium diligentiſſimus, atque humipetas, & ſublimipetas appellat, nos azores, & alcones *dicimus.*

Sed quòd illis tēporibus ars hæc accipitraria nondū erat inuēta, neq; accipitrū vſus adeo frequēs ſatis habuerunt, illos ex ratione volat⁹ in duo genera partiri

Noſtro verò, quibus hæc ars eſt in maximo honore, complures in vtroque genere differentias fecerunt, gauilanes, açores, gerifaltes, neblies, ſacres, alfaneques, baharies, tagarotes, *tum plumarum ratione, tum naſcendi ordine, tum patriæ, prædæ, victus, morumque varietate diſtinguentes.*

Contrà in apibus animal, quo nullum eſt nobis familiarius, & quòd ex inſectorum genere ſolum eſt hominum cauſa generatum, multa ſunt, quæ nec apiarij quidem noſtri ſæculi intelligunt, cum à maioribus noſtris ſint perfecta, ſimul & cognita.

En el Andaluzia ay vna muy noble caſa,
Donde la rica Cordoua goza del dulce Guadalquiuir
Donde los rubios vellones con el natural oro ſon amarillos:
Y la viua hoja tiñe las ouejas de España.
En medio deſta caſa eſtà vn plantano de Ceſar,
Que abraça el apoſentamiento della.

Y lo que el Poeta dize: *Donde los rubios vellones con el natural oro ſon amarillos.* Y en otro lugar.

O Cordoba mas gruſſa que grueſſo venafro,
Que vences las ouejas del blanco Galeſo.
No con trocatinte de ſangre de purpura;
Mas tiñendolas con viuo color:

Y en otro lugar hablando de Guadalquiuir dize:

O Guadalquiuir corona de oliuas,
Que tiñes los dorados vellones con aguas luzias.

Ninguno ay en nueſtro tiempo que diga auer viſto ouejas teñidas de aquel natural reſplandor de oro. Donde eſtà aora aquella fertilidad de oro nunca vazia en tantos ſiglos, y antepueſta à todas las tierras, de la qual las Aſturias rentauan cada vn año al pueblo Romano ſeſenta mil libras de oro? Donde eſtàn aquellos poços de plata que començò Anibal, de los quales vno ſolo rentaua cada dia à los Cartagineſes trecientas libras de plata? Donde eſtà en el Andaluzia aquella copioſa inuencion del plomo? Donde en Aragon cerca de Segorue aquellos mineros de piedras, que ſe trasluzian? Donde aquella marauilloſa naturaleza del arroyo que paſſa por Tarragona para adelgaçar, polir, y blanquear el lino, donde los Garbaſos fueron primero hallados? Lo qual todo aſſi deſpareciò, que ningun raſtro deſto ſe halla en nueſtro tiempo. Por el contrario muchas coſas ay en nueſtro ſiglo, las quales el antiquidad, ò del todo no conociò, o confuſamente conocido el genero, no entendiò ſus diferencias: ſolamente leemos vn nombre y genero de fruta agra, y aſſi apenas conocida entre los antiguos. Pero noſotros puſimos diuerſos nombres à diuerſos generos de aquella fruta, llamandolas cidras, naranjas, toronjas, limas, limones.

Las aues de caça, que propiamente aſſi ſe llaman; y de las quales vſan los caçadores de nueſtro tiēpo, en dos generos las repartiò Ariſtoteles, el Autor de todos el mas diligente, y llamòlas baxo bolantes, y alto bolantes: noſotros nombramos los azores, y halcones. Mas porque en aquellos tiempos eſta arte de la cetreria, aun no era hallada, ni el vſo deſtas aues tan eſpeſſo, harto les pareciò partirlas en dos linages por las diuerſidades del buelo.

Pero los nueſtros que tienen eſta arte en gran eſtima; hizieron en eſte genero muchas diferencias, ganilanes, azores, gerifaltes, neblies, ſacres, alfaneques, baharies, tagarotes, diſtinguiendolos, o por la razon del plumage, por la orden del nacer, o naturaleza, preſa, mantenimiento, y diuerſidad de coſtumbres. Por el contrario en las abejas animal tan familiar à noſotros, que ninguno es mas; el qual ſolo de los ceñidos fue criado por cauſa de los hombres, muchas coſas ay, que aun los colmeneros de nueſtro ſiglo no ſienten, ſiendo de nueſtros mayores caçadas, y conocidas.

Quis enim hodiè ex mellatione aliud percipit quàm mel & cerã? Pauci ex medicis nouère propolim. Rhitacen verò, quod erat ex fauis mel pretioſiſſimũ, virtutiſq; ad illiciendum mirandæ, ne ſuſpicari quidem poſſunt, quid ſit cum cleros, metys, piſſoceros magni ad medicamenta vſus omnino illis re, atque nomine incognita ſint?

Iam verò ex ijs rebus, quæ ſunt in promptu, ſemper què fuerunt, multa ſignificantius vno verbo Latinus ſermo dicit, quàm nos pluribus. Eſto exempli cauſa omen, quod ſignificat illud (vt ita dicam) auſpicium quod captamus ex eo, quod locutus eſt quiſq; in re perquam diuerſa, ſi velimus Hiſpanum facere, vix multis verbis id poterimus conſequi. Si verteremus in alfil Toledano, *rectè atque Hiſpane interpretaremur, ſed quod illud ſit, perpauci intelligunt. E contrario multa Latinus ſermo habet, quorum vim etſi Latina lingua ſentit, non tamen habet vnum aliquod verbũ, quo illa enunciet.*

Vt et ſe à ſubito nõ fecimus, codada, *pro eo quod eſt Latine cubiti ictus,* codear, *pro eo quod eſt cubito pellere. Quod ſi earum rerum, quæ ſunt per naturam conſtantes, vocabulorum tanta mutatio eſt, quid futurũ putamus in ijs, quæ aut neceſſitas humana quotidie reperit, aut luxuria parit, aut otium excogitat?*

Ex hoc genere ſunt veſtes, armamenta, cibi, vaſa, naues, inſtrumenta muſica, rei ruſticæ, atque omnium illarum artium, quas in opulentiſſima quaque ciuitate cernimus. Hæc idcirco tam multis repetita ſunt, vt nemo miretur, ſi nõ ſemper Hiſpanienſi à Latinis, atque Hiſpanis Latina vocabula reddimus.

Nihil enim in vtriuſque linguæ dictionibus comparandis tam præ nobis tulimus, quàm illud quod de lege interpretandi eſt à Cicerone dictum elegantiſſimè: Verba non numeranda, ſed ponderanda eſſe.

Neque otioſum quis putet, quò in eodem opere duo ſimul opera edidimus. Nam illud quoque fuit nobis curæ, vt proſpiceremus omnium vtilitati. Et eorum qui ex Hiſpano ſermone in Latinum venire cupiant, & horum qui Latinos codicès legere audent, nec dum tamen illis cognitio Latinæ linguæ abſoluta contigit.

Volumen tamen ipſum ſub incredibili quadam breuitate contraximus, ne pauperes magnitudo pretij ab emptione, diuites verò faſtidioſos vmbilicus craſſior à lectione deterret; ſimul etiam quo faciliùs ſub alis, atque in ſinu, manuque geſtari, & circumusbi poſſet.

Inſcripſimus autẽ, nõ qua cæteri arrogãtia, Catholicon, Pãdectas, Ceras, Amaltheas, quod eſt vniuerſale cõprehẽſoriũ Cornucopiæ appellãtes: ſed pleno verecũdiæ titulo Lexicõ Græcè, quod eſt Latinè, Dictionariũ.

Tuæ verò amplitudini dedicauimus: non qua fiducia cymbalum illud mundi Apion Grammaticus, qui dicebat, illos à ſe immortalitate donari, ad quos opera ſua componebat. Sed qua Phidias ille primus toreuticæ artis repertor, qui cum Athenienſibus ex auro, & ebore memoratiſſimam illam Mineruæ ſtatuam effingeret, nomenque ſuum inſcribere non liceret ſui ipſius perſimilem imaginem ita clypeo coagmentauit, vt ea conuulſa, tota operis colligatio ſe moueretur.

PRIN-

Porque el dia de oy ninguno recoge de la caſtrazon, ſino miel y cera. Pocos de los Medicos ſaben q̃ coſa es propolis. Pues ritaca que era de los panales la miel mas eſtimada, y de virtud marauilloſa para atraer, ni aun por ſoſpecha ſabran q̃ coſa ſea: y à cleros, metys, y piſſoceros, coſas de mucho prouecho para las medicinas, del todo les ſon eſcondidas por virtud y nombre. Pues de aquellas coſas que eſtan à la mano, y ſiempre fueron muchas, dize el Latin mas propiamente por vna palabra que noſotros por muchas, como omen (lo qual à manera de dezir) ſignifica aquel aguero que tomamos de lo que vno habló à otro propoſito, ſi quiſieremos boluerlo en Caſtellano, apenas lo podremos hazer en muchas palabras, o ſi lo boluieſſemos en el alfil Toledano, ſeria la interpretacion derecha y Caſtellana, mas pocos entiendẽ q̃ coſa ſea aquello. Y por el contrario muchas coſas tiene nueſtra lengua, la fuerça de las quales, aunque la tiene Latina, no tiene vna palabra por la qual la pueda dezir: Como de codo noſotros dezimos codada, por lo q̃ en Latin ſe dize golpe de codo; codear por lo q̃ da del codo. Pues ſi tanta mudança ay en los vocablos de las coſas que duran con la naturaleza, que ſerà en aquellas que cada dia halla la neceſsidad humana, o por la luxuria, o buſca la ocioſidad? Deſte genero ſon las veſtiduras, armas, manjares, vaſos, naues, inſtrumentos de muſica, y agricultura, y de quantas artes vemos en cada ciudad muy rica y baſtecida. Eſto auemos aſsi largamente dicho, porque ninguno ſe marauille, ſino ſiempre dimos palabras Caſtellanas à las Latinas, y Latinas à las Caſtellanas. Porque en cotejar las palabras deſtas dos lenguas, ninguna coſa tuuimos mas ante los ojos, que en lo que la ley de la interpretacion muy hermoſamente dixo Tulio, que las palabras ſe han de peſar, y no contar.

Ni pienſo que fue coſa demaſiada publicar dos obras en vna miſma. Porque tambien miramos por el prouecho de todos: y aſſi de los que por la lengua Caſtellana deſean venir à la Latina, como de los que ya oſan leer libros Latinos, y aun no tienen perfeto conocimiento de la lengua Latina: Eſtrechamos eſſo miſmo el volumen debaxo de vna marauilloſa breuedad, porque la grãdeza del precio no eſpantaſſe a los pobres de lo comprar, ni la frente alta del libro a los ricos faſtidioſos de lo leer. Y tambien porque mas ligero ſe pudieſſe traer de vn lugar a otro en la mano y ſeno, y ſo el braço. Intitulamoslo no con aquella ſoberuia que otros, llamandole Catholicon, Pandectas, cuerno de Amaltea, quiero dezir vniuerſal comprehenſorio, cuerno de la dioſa Copra, mas con titulo lleno de verguença, Lexicon en Griego, que es dictionario en Latin. Conſagrelo a vueſtra magnifica S. no con la fiucia que aquella campana del mundo Apio Gramatimo, el qual dezia, dana inmortalidad à aquellos a quien intitulaua ſus obras: mas con la confiança de Fidias, el primer inuentor del buril, el qual haziendo a los Atenienſes aquella muy mentada eſtatua de Minerua de oro y marfil, como no pudieſſe eſcriuir en ella ſu nombre, en tal manera trauó ſu miſma muy ſemejante imagen al eſcudo, que ſi la arrancaſſen, toda la trauazon de obra ſe deſhizieſſe.

PRI.

PRINCIPIO Omnes dictiones in differentia eſſe quincuplici. Nam aut ſunt Oſcæ, aut priſcæ, aut nouæ, aut barbaræ, aut probatæ. Oſca ſunt vocabula, quæ & Opica poſſunt appellari, quibus Oſci, atque Opici antiquiſſimi Italiæ populi vſi ſunt, ſed quæ ſeculum eruditius omnino damnauit, atque ex vſu penitus excluſit.

De quibus lib. 1. oratoriarum inſtitutionum Quintilianus ait. Neque ſint vtique verba ab vltimis, etiam obliteratis temporibus repetita, qualia ſunt, proſapia, exantiare, ant geri o, & Saliorum carmina vix ſuis ſacerdotibus intellecta.

Priſca verba (ut idem auctor inquit) afferunt orationi maieſtatem aliquam non ſine delectatione. Nã & authoritatem antiquitatis habent, & quia intermiſſa ſunt, gratiam nouitatis ſimilem parant.

Sed opus eſt modò, vt neque crebra ſint, neque manifeſta, quia nihil eſt odioſius affectatione, qualia multa legitimus apud Plautum, & Terentium, Catonẽ, atque etiam ex iunioribus, Virgilium, & Lucretium. Noua ſunt, quæ probatiſſimi auctores auſi ſunt in medium proferre, cum antea non eſſent, ex Horatij memorabili præcepto.

Licuit, ſemperquè licebit,
Signatum præſente nota producere nomen.

Sic Cicero à beatus fecit beatitas, & beatitudo: quorum alterum exploſum, alterum receptum eſt. Sic noſtra ætate Franciſcus Philelphus ſtapeda, pro eo quod Hiſpanè dicimus eſtriuo. *Cuius audacia quamquam eſt à pleriſque reclamatum, poteſt tamen excuſari, quod nullum inuenit Latinum nomen, quo poſſet ſignificare id, quod volebat, cum neque res ipſa fuerit apud antiquos: ſic & nos ipſi multa in hoc genere ſumus auſi: quibus ego interim cenſeo vtendum, quoad meliora ab alijs fuerint inuenta. Barbara ſunt, quæ ex peregrino ſermone aſcita, Latino ſermoni auctores inſeruerunt. Sic Virgil. ex ſermone Germanico ſumpſit,* cateia, *quod eſt iaculi genus. Sic ab Afris,* magalia, *quæ ſunt caſæ paſtoritiæ. Sic Cicero à Sardis,* maſtruga, *quod eſt veſtis genus. Sic Iuuenalis,* rheda, *quod eſt vocabulum Gallicum ſignificatque vehiculi genus.*

Sed vt Quintilianus ait, excuſatur hoc vitium, aut conſuetudine, aut authoritate, aut vetuſtate, aut deniq; vicinitate virtutũ. Probata verò vocabula ſunt habẽda, quibus auctores illi vtuntur, qui floruerunt intra ducentos circiter quinquaginta annos ab ortu Ciceronis ad Antonium Pium, hoc eſt, à centeſimo ante natalẽ Chriſti anno ad centeſimum quinquageſimum, ex quo ſalutem Chriſtianã numeramus. De quo verborum genere Quintilianus inquit, vt nouorum optima erunt maxime vetera, ſic veterum maximè noua.

Ex probatis verò alia ſunt vſitata, alia rara. Inter quæ rurſus alia eſt differentia, quod alia ſunt poetica, alia oratoria, alia hiſtorica. Auctoritas, vt idẽ Quintilianus ait, ab oratoribus & hiſtoricis peti ſolet, nã poetas metri neceſſitas excuſat. Quare

PRimeramente, que cinco maneras ay de vocablos: porque ò ſon Oſcos, ò ſon antiguos, ò ſon nueuos, ò ſon barbaros, ò aprouados. Oſcos ſe pueden llamar, ò Opicos, aquellos vocablos de que vſaron los Oſcos, y Opicos pueblos de Italia muy antiguos, mas condenòlos de todo punto, y echòlos del vſo el ſiglo mas enſeñado.

De los quales dize Quintiliano en el primero libro de ſus oratorias inſtituciones. No ſean las palabras tomadas de los vltimos tiempos, y ya oluidados, quales ſon por generacion, acabar, mucho, y los verſos de los ſacerdotes Salios, que ellos apenas entienden.

Las palabras antiguas (como dize el miſmo Autor) dan al meſmo razonamiento alguna mageſtad con mucha delectacion. Porque tienen autoridad de lo antiguo: y por ſer deſuſadas, tienen gracia como ſi fueſſen nueuas. Mas es meneſter vna templança, que ni ſean eſpeſſas, ni manifieſtas: porque ninguna coſa es mas odioſa, que lo eſquiſito, tales leemos muchas en Plauto, Terencio, Caton, de los mas nueuos Virgilio, y Lucrecio. Nueuas ſon las palabras que los Autores muy aprouados oſaron ſacar â luz, no auiẽdolas antes, por aquella notable regla de Horacio: Fue licito, y ſiempre ſerâ ſacar nombre del cuño que ſe vſa. Aſsi Tulio de beatus, hizo beatitas, y beatitudo, de los quales el vno fue deſechado, y el otro recibido, aſsi en nueſtros dias Franciſco Filelfo hizo, ſtapeda, por aquello que en Caſtellano dezimos eſtriuo. La oſadia del qual (aunque todos los mas reclamaron) puedeſe eſcuſar, porque ningun nombre Latino hallò, por el qual dieſſe â entender lo que queria, no ſiendo aquella coſa entre los antiguos. Aſsi yo meſmo en eſta parte vsè muchas coſas, de las quales entretanto me parece que ſe deue vſar, haſta que por otros ſe hallaſſen otras mejores. Barbaras ſon las palabras, que tomadas de alguna lengua peregrina, los Autores mezclaron al Latin.

Aſſi Virgilio de la lengua Tudeſca tomò cateia, que es haſta para tirar. Aſſi de los de Africa Magalia, que ſon caſas de paſtores.

Aſſi Tulio de los Sardos maſtruga, que es cierto veſtido. Aſſi Iuuenal rheda, que es palabra Franceſſa, y ſignifica vn linage de carro.

Mas como dize Quintiliano, eſcuſaſe eſte vicio, ò por coſtumbre, ò por autoridad, ò por vejedad, ò finalmente por alguna vezindad de hermoſura.

Aprouadas ſon las palabras, de que ſon aquellos Autores que florecieron caſi dentro de dozientos y cincuenta años deſde el nacimiento de Tulio, haſta Antonio Pio: quiero dezir, cien años antes del nacimiento de Chriſto, haſta ciento y cincuenta años deſpues de la ſaluacion de los Chriſtianos. Del qual linage de palabras dize Quintiliano, que aſſi como de las nueuas ſon mejores las mas viejas, aſſi de las viejas las mas nueuas. De las aprouadas, vnas ſon vſadas, otras raras. Entre las quales tambien ay otra diferencia: vnas ſon poeticas, otras oratorias, y hiſtoricas. El autoridad dize Quintiliano de los oradores y hiſtoriadores ſe ſuele tomar, porque la neceſſidad del metro eſcuſa los poetas.

Digitized by Google

Aſſi

Quare vocabulis Opicis, atque barbaris illis tantū vtemur, quæ ſunt ab autboribus celebrata, atque id quidem rariſsime, nec ſine quadam ignominia nota addentes, vt ita dixerim, vt ſic loquar, & ſimilia, quibus ſermonis improprietatem excuſare conſueuimus. Priſcis verò, & nouis rarò quoque, & cum verecundia quadam, vt excuſare poſsimus, id feciſſe, aut in honorem antiquitatis, aut neceſsitate, cum dictionē Latinam non habemus, qua id quod volumus, ſignificare poſsimus.

Probatis verò, quæ ſunt in vſu frequenti, frequenter; raris, rarò; poeticis, in carmine tantum; oratorijs verò, & hiſtoricis, & in proſa oratione, atque in carmine indifferenter vtendum.

Atque, vt in tanta ambiguitate lectorem monere poſsimus, adiecimus cuique dictioni notam, qua cenſeri debet, cuius ſit ordinis.

Nam Oſcis, Oſ. priſcis. pr. nouis, no. barbaris, bar. raris, ra. Poetis, po. quibus verò nihil tale appoſuimus, vſitata, & oratoria intelligendum eſt, nam Græcis receptis æque, ac Latinis vtemur. Orthographia verò, quia ſimplex non eſt, atque, vt ait Quintil. conſuetudini ſeruit, & cum temporibus ſæpe mutatur, literaturam illam ſequemur, in quam plerique authores conſentiunt.

Quare meminiſſe debebit is, qui dictionem aliquam requirit, poſſe illam ſcribi per vocalem aſpiratam, vel exilem, vel per œ. vel æ. diphthongon, vel ſine diphthongo, per ſimplicem, aut duplicem conſonantem, per, ch. ph. rh. th. aſpiratas, aut per c. p. r. t. exiles.

Itaque, ſi orthographiæ ratio lectori non ſatis conſtat, neque ceſſabit ab inquiſitione, quoad omnes locos fuerit perſcrutatus.

Inter, i. iota, & ypſilon, etſi tanta diſtantia eſt, quanta poteſt maxima inter duas vocales: inter i. præterea, & u. cum accipiuntur pro vocalibus, cum pro cōſonantibus ſcribuntur, tanta ſit differentia, vt inter duas quaslibet literas maior eſſe non poſsit, nos tamē vtrarumque ordinem confundimus.

Proſodiam quoque ex eiuſdem Quintiliani ſententia in hunc modum deſignauimus, vt cum litera aliū, vel alium intellectum (prout producta, vel correpta eſt) facit ambiguitatem, illam apice diſtinguamus, vt quia malus, prima producta, ſignificat arborem, apicē eidem imponamus, ne putetur ſignificare non bonum. Occido præterea, quia media longa ſignificat interficio, eadem breui cado, ſiue pereo, tanta errandi occaſio tolletur, apice prima, aut ſecundæ ſyllabæ impoſito.

Idem quoque fecimus in dictionibus illis, quæ peruerſe ab imperitis efferuntur, aut habentur, accentum paulò reconditiorem ponentes. Nam in omnibus id facere, eſt quidem ineptiſsimum, cum virtus, & ars (quemadmodum ait Ariſtoteles) circa difficile verſetur. Nemo enim ignorat, quo accentu dominus efferatur, quare id extra rationem artis erit. Sed quoniam indocti proferunt ſinapis, aratrum, Iacobus, Iſidorus, & alia multa ſecunda ſyllaba breui, eaque eadem

accen-

Aſſi que de los vocablos Opicos, o barbaros, ſolamente vſaremos de que vſaron los autores, y aun eſſo pocas vezes, añadiendo vna ſeñal de infamia, porque aſsi lo diga, o manera de dezir, o en ſemejante manera; donde ſolemos eſcuſar la impropiedad de la lengua. De las antiguas y nueuas pocas vezes vſaremos, y con vergüença, y que nos podamos eſcuſar que lo hizimos, o por honra de la antiguedad, quando no tenemos palabra Latina, por la qual digamos lo que queremos. De las aprouadas que eſtán en el vſo eſpeſo vſaremos eſpeſamente: de las raras pocas vezes: de las poeticas, ſolo en el verſo: de las oratorias y hiſtoricas en proſa y en verſo ſin alguna diferencia. Y porque en tanta dificultad auiſemos al Lector, añadimos à cada palabra vna ſeñal, por la qual ſe juzgue de que orden es.

Y à las Oſcas puſimos oſ. à las antiguas pr. à las nueuas no. à las barbaras bar. à las raras ra. à las poeticas po. à las que ninguna coſa entendemos que ſon vſadas y oratorias, porque de las recebidas de los Griegos vſaremos como de Latinas. Y porque la Ortographia no es ſencilla, y como dize Quint. ſirue à la coſtumbre, y con los tiempos ſe muda muchas vezes, ſeguiremos aquella razon de las letras en que conciertan los mas de los autores.

Aſſi que el que buſcare alguna palabra, recuerdeſe que aquella ſe puede eſcriuir cō vocal aſpirada, o ſotil, o con æ. o. œ. diphtongo, o ſin diphthongo: por ſencilla, o doblada conſonante, o con ch. ph. rh. th. aſpiradas, o con c. p. r. t. ſotiles.

Demanera, que ſi el Lector no tuuiere cierta la razon de la Ortographia, no ceſſarà de buſcar haſta que requiera todos aquellos lugares. Entre la i. eſpeſa, y la y, ſotil, aunque ay tanta diferencia, quanto no puede ſer mayor entre dos letras vocales, y tambien entre la i. u. quādo ſe toman por vocales, o quādo ſe eſcriuen por conſonantes, tanta diferencia ay, quanto no puede ſer mayor entre dos qualeſquier letras: pero noſotros confundimos la orden de las vnas y de las otras. La proſodia eſſo meſmo, ſegun la ſentencia de Quintiliano, ſeñalamos en eſta manera, que quando la letra por ſer luenga, o breue haze diuerſos entendimientos, quitemos aquella duda con vn raſguito. Como porque malus, la primera luenga ſignifica el mançano, le pongamos aquel raſguito, porque no pienſen que ſignifica no bueno. Occido tambien, porque la de medio luenga ſignifica matar, y aqueſta meſma breue caer, o perecer, eſta ocaſion de errar ſe quitarà pueſto el raſguito ſobre la primera, o ſegunda ſylaba. Eſto meſmo hizimos en las palabras, que los que poco ſaben pronuncian al reues, o tienen el acento vn poco eſcōdido. Mas hazer eſto, no en todas es deſuario; porque (como dize Ariſtoteles) la virtud, y el arte negocian en las coſas dificiles. Porque todos ſaben dominus con que acento ſe pronuncia, y porque eſtà ya fuera de artificio. Mas porque los ignorantes pronuncian moſtaza, arado, Diego, Iſidro, y otras muchas palabras, la penultima ſylaba breue, y aquella miſma por acento graue: por el contrario por coſa de biſo, de diamante, Origines, Hermogenes, la penultima aguda. Eſte es el trabajo, eſta es la obra del arte, quitar la ignorancia del penſamiento de los hombres.

Y

accentu graui; & è cõtrario biſſinus, Adamantinus; Origenes, Hermogines penultima acuta, hic omnibus labor, hoc opus artis eſt, tantam ignorantiam ex hominum mentibus extirpare.

Quia verò poſſet quiſpiam ambigere, quo accentu dictiones, incognitæ à pleriſque proferuntur, apice omnis ambiguitas illa tolletur.

Etymologiæ ratio, quam Cicer. veriloquium interpretatur, quamquam latiſsimè patet, eius vim præcipuam oſtendimus, cum dictionis cuiuſquè intellectum referamus, quod alij fecerunt partim obſcurius, partim negligentius. Non vocabulorum originem, quoniam in hoc opere ſpacijs iniquis excludimur, in aliud opus differre libuit, tantum adiectus eſt nomini genitiuus, & primæ propoſitioni verborum ſecunda perſona ſingularis inflectendi modo, vt ſignificaremus, quotæ declinationis illa eſſent: hæc verò quotæ coniugationis, quæ res ſignificationem plerumquè mutat.

In alijs verò, quæ partes orationis eſſent, in compendium ſcripſimus.

Y porque podria alguno dudar con que acento ſe pronuncian las diciones a pocos conocidas, toda aquella duda ſe quitarà con aquel raſguito.

La razon de las Etymologias, la qual Tulio interpreta, verdad de palabras, aunque a muchas coſas ſe eſtiende, demoſtramos ſu principal fuerça, declarando la ſignificacion de cada palabra, la qual otros hizieron eſcura, ò negligentemente. Mas el origen de los vocablos, porque la eſtrechura deſta obra no lo ſufre, plugonos dela dexar para otra obra, ſolamente añadimos al nombre ſu genitiuo, y à la primera poſicion del verbo la ſegunda perſona ſingular de indicatiuo, para ſignificar de que declinacion era el nombre, y de que conjugacion el verbo, lo qual muchas vezes muda la ſignificacion. Y en las otras eſcriuimos por breuiaturas, que partes eran de la oracion.

IN LAVDEM AELII ANTONII NEBRISSENSIS.

VT Patriam quondam Senonum ſubduxit ab armis,
Cum tibi præſtiterat Romæ Camillus opem.
Vt toga facundi ſeruauit Conſulis vrbem,
Struxerat ardentes cum Catilina faces.
Reſtituit linguam ſic noſtro Antonius æuo.
Et repulit Galli balbutientis opus.
Furius Imperium, Latium hic idioma recepit.
Et tamen à Gallo clerus vterque viro.
Hoc duce Barbaries pulſa eſt: Hiſpania gaudet,
Cultaque Caſtalijs tota rigatur aquis.
Iam nouus aggreditur non nota volumina tyro,
Intrepiduſquè audet verba Latina loqui.
Hic prior Arpinas coepit diffindere chartas,
Et prior hic vatem Mantua parua tuum.
Hunc lege Caſtalidum, quicumquè vireta ſororum,
Vel pede, vel pedibus liber abire voles.

AD

Digitized by Google

AD INDOLIS EGREGIAE LIBEROS magnifici, ac proinde ſplendidiſsimi equeſtris Ordinis viri Michaelis Almaçani, à ſecretis Regum clariſsimi Ferdinandi Regis, AElius Antonius Nebriſſenſis hiſtoricus Regius.

S.D.P.

LIBET mihi pauliſper iocari vobiſcũ, filij chariſsimi: ſic enim volo vos interim appellare, ſiue ætatis, ſiue doctrinæ, ſiue amoris pietatiſquè ratione. Fuit, me iuuene, Euangeliſta quidã nomine, vir inter primores Hiſpanos, atque in Curia Regali prepè ſemper verſatus, alioquin natura perquam facetus. Is cum itinere quodam allectaretur Areuacenſium Ducem, peruentumquè eſſet in biuium, quod indiſcreta differentia ſe in duas partes findebat: interrogatus ab ipſo Duce, vtra ex illis ad locum deſtinatum perduceret? Vtranquè reſpondet, Clariſsime Dux, ſimul arripito: iſto namque modo non aberrabis. Cum menſibus proximis Bilbili cum pientiſsima matre veſtra hybernaretis, accepi literas à prælectore veſtro Laſtra, quibus faciebat me certiorem, & vos benè valere, atquè in præceptis artis Grammaticæ, illis maximè, quæ in promptu eſſe debent, ſatis commodè inſtitutos. Lætatus ſum, ita me Deus benè amet, perueniſſe vos iam ad biuium, quemadmodũ ait Poeta: Partes vbi ſe via findit in ambas. Non dico illas, quarum altera tendit ad Elyſios, altera ad pallentes vmbras Erebi, noctemquè profundam, ſed ad illas quibus inſiſtunt Latini ſermonis ſtudioſi. Quas ego nunc vos cum Euangeliſta meo ſimul arripere hortor, & moneo: non enim altera obſtat alteri, cuiuſmodi erant illæ, de quibus interrogatus reſpondit: quin potius alterutra alterius auxilio recreata ad deſtinatum finem perducit. Quę ſunt, dicetis, duæ illæ viæ, quibus tantopere iubeo vos inſiſtere? Nimirum, vt Latinam lectionem vertatis in ſermonem Hiſpanum, atque è diuerſo Latinis Hiſpanas voces permutetis. Non obſtat alterum ſtudium alteri, imò ſe inuicem iuuant, cũ eadem ſit: via Thebis Atenas, & Athenis Thebas: exemplum Dialecticis familiare, quod iam in prouerbium abijt. Quædam enim ſunt opera, quę niſi è contrario nitentibus perfici non poſſunt: quemadmodum mulierculæ duæ lintea polientes, cum humorem conceptum exprimere volunt, nunquam efficient, quod ambæ intendunt, niſi vtrimque obluctantes diſtorquèant. Vtramlibet inſtitueritis viam, iucundiſsimi filij, duos mitto vobis duces, atquè ſtudiorum veſtrorum probos adiutores. Alterum qui vobis Latinos autores legentibus præſto ſit, cum in reconditioris alicuius ſignificationis verbum incideritis: alterum quem poſsitis conſulere, quoties, à præceptore veſtao propoſita Hiſpana theſis Latino ſermoni vobis reddenda fuerit. Sic enim & Latina Hiſpanis, & Hiſpana Latinis commodiſsimè permutabitis. Valete, patris optimi, atquè proinde nobiliſsimi voluptas, & altera ſpes. Salamanticæ Kal. Aprilis, Anno M.D.XII.

Im-

Imperator Traianus Hiſpanus nobilitauit Hiſpaniam varijs ædificijs atquè inter cætera conſtrui iuſsit ſuper Tagum pontem à ſe cognominatũ, qui nunc vulgò dicitur de Alcantara: opus ſuperbum, & Imperatoria maieſtate dignum, in quo etiam hodiè ſequentes viſuntur inſcriptiones.

Ex vtraquè parte arcus.

IMP.CÆSARI.DIVI.NERVÆ.F.NER-
VÆ.TRAIANO.AVG.GERM.DACICO.
Hermonaſſa, inſula parua in Boſphoro Cimmerico.
Hermontis, ciuit. Ægypti, à quo nomos dicta. Ptol.
Hermopolis, i. Mercurij ciuitas in Ægypto. Ptol.
Hermopolites nom. Præfectura eſt Ægypti. Ptol.
Hermos, gèner. neut. vicus Acamantidos tribus. Steph.
Hermotybies, pop Æthiop. Ægypti. Hero. lib. 2.
Hermunduri, pop. ſunt Germaniæ. Plin. lib. 4. Pueblos de Alemaña, donde oy es la Prouincia dicha Miſinia, cerca de la ſelua de Bohemia. Mycillus in Tacitum.
Hermus, fluu. eſt Ioniæ, olim creditus auro fertilis. Strab.
Hernici, pop. ſunt Italiæ Marſis finitimi.
Hernicus, a. um. ab Hernicis, vnde Hernicus ager. Plin.
Hero, puella formaſiſſima Veneris Sacerdos, quæ amore Leandri adoleſcentis corrupta fuit. Ouid.
Herodes Antipatri Idumæi filius, Iudæorum Rex. regnauit annos 37. hic paruulos interemit.
Herodes Antipas, huius fil. Lugduni vitam finiuit.
Herodes Agrippa, Ariſtobuli, filius, qui Iacobum occidit.
Herodes Atticus, orationis grauitate, & vocis elegãtia longè inſignis. Gel. Philoſt.
Herodes alij fuere, de quibus vide Bibl.
Herodianus Alexandrinus, ſcripſit Cæſarum hiſtoriam Suid. Floruit ſub M. Antonio Cæſ.
Herodotus Halicarnaſſeus, ſcripſit hiſtoriam. libr 9.
Herodotũ, patrem hiſtoriæ appellat. Cic. lib. de leg.
Heran, Athenienſis orator, ſcripſit commentarios in Herodotum, Xenophontem, & Thucydidems. Suid.
Herona, ciuitas eſt Dalmatiæ. Ptol.
Heroompolis, id eſt, Heroum vrbs in ſinu Arabico. Strab. lib. 17.
Heropolites, nomos, Præfectura eſt Ægypti.
Heroopoliticus, ſinus eſt in ſinu Arabico. Plin. lib. 5.
Heropolis, ciuitas eſt Ægypti. Steph.
Heroſtratus, vir ſceleſtus, qui templi Dianæ Epheſiæ incendium, vt ſibi inde famam acquireret, ſtruxit.
Herpa, ciuitas eſt Cataoniæ Strab. 12.
Herpes, opp. eſt Mauritaniæ Tingintanæ, vnde.
Herpeſitani, pop. ab eadem vrbe dicti. Ptol.
Herſilia, vxor fuit Romuli, poſtea in Roremdeam mutata. Ouid. 14. Metam.
Heſaias, nomen Prophetæ, qui in Hieruſalem prophetauit, ſub Manaſſe Rege in duas partes ſectus.
Heſichius Lileſius, ſcripſit Onomarologion nominum.
Heſiodus poeta, ex Aſcra Bœotiæ vico; vnde Aſcræus dictus, primus agriculturæ præcepta tradidit.
Heſiodus, dormiens ſomniauit, ſe repente poetam factum.
Heſiodus, a. um. poſſeſſiuum, quod eſt Heſiodi. Cic.
Heſione, filia Laomedontis Regis Troiæ. Virg. lib. 8.
Heſpera, inſula eſt Africæ. Herod. lib. 4.
Heſperia maior, dicta eſt Italia, à Heſpero Atlantis fratre.
Heſperia minor, dicta eſt Hiſpania ab Heſpero, id eſt Occidentali ſtella. Seruio.
Heſpericus ſinus, eſt in Lybia interiori. Ptol.
Heſperides, appellatæ ſunt Heſperi fratris Atlantis filiæ.
Heſperidum nomina ſunt Ægle, Arethuſa, Heſperetuſa.
Heſperidum horti, in Africa quondam fuerunt.
Heſperij, Æthiopes populi ſunt Æthiopiæ interioris. Ptol.
Heſperionceras, prom. Africæ. Vul. Cabo verde.
Heſperis, ciuitas eſt Libyæ. Steph.
Heſperius, ciuitas eſt Cyrenaicæ. Pompon. libr. 1. cap. 8.
Heſperius, a. um. res ad Heſperiam pertinens.
Heſperus, filius Iapeti, Atlantis frater, à quo Italia Heſperia.
Heſſeni, pop. ſunt Iudææ Palæſtinæ. Plin. lib. 5.
Heſtiæ, pars eſt Theſſaliæ. Strab. lib. 13. & Ptol.
Heſtiæa, opp. eſt Acarnaniæ. Steph.
Heſtiæa, opp. eſt Euchœæ. Pomp. lib. 2. c 7.
Hetobema, ciuitas eſt Hiſpaniæ. Ptol.
Hetruria, ſiue Ætruſcia, regio eſt Italiæ. Plin. lib. 3. Vulg. Toſcana.
Hetruſcus, a. um. res ad Hetruriam pertinens.
Hexagon, Legatus ad Romanos Oblogenum Cypri populorum. Plin lib. 28. c 3.
Hexi. oppid. eſt Hiſpaniæ propè Abderam. Pomp. lib. 2.
Hexitanus, a. um. res ad Hexi pertinens.
Hexopolis, ciuitas eſt Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Hiampeus, alter ex duobus Parnaſi iugis.

Hiarbus,

Hiarbus, Libyæ Rex, Iouis ex Garamantide Nympha filius. Virg. 4. Æneid.
Hibernia, inſula eſt in mari Atlantico Oceano. Vul. Irlanda. Nonnulli ſcribunt Ibernia.
Hiberni, pop. ſunt Hiberniæ incolæ.
Hibernus, a. um. & Hiberni, populi ibidem.
Hiberni, lõgè magis, quàm Britanni ſylueſtres ſunt.
Hicaleſſus, an Micaleſſus, opp & mons Bœotiæ.
Hiceſia, inſula eſt vna ex adiacentibus Siciliæ Ptol.
Hidotici, pop. ſunt Macedoniæ, 7. Herod.
Hidruntum, ſiue Hydrus. untis, oppi. Calabriæ. Pto. Vulg. Otranto.
Hiera, inſula vna ex 7. Æolijs iuxta Siciliam. Vulg. Leuenço.
Hiera, viæ nomen ſic dicta, quod ea irent ſacerdotes ad Eleuſinam Cererem.
Hiera, nomen Nymphæ. Virg. 9. Æneid.
Hiera alia, vxor fuit Telephi, Myſorum Regis.
Hiera, vel ſacra extrema, opp. eſt Lyciæ. Ptol.
Hiera Sycaminos. i. ſacra morus, ciu. eſt Ægypti.
Hiera, vrbs fuit quondam Lesbi inſulæ. Plin. lib. 5.
Hiera, inſula vna Cycladum, quæ aliter Automale. Vul. Suda.
Hieracum, vicus eſt Arabiæ Felicis. Ptol.
Hieracum, inſula eſt adiacens Sardiniæ. Ptol.
Hieræ. exigua regio Lybiæ in Cyrene. Steph.
Hieramiaces, flu. eſt Decapolitanæ regionis. Plin.
Hierapolis, ciuit. eſt Syriæ cauæ, quæ Syris Magog.
Hierapolis, ciuitas eſt Phrygiæ magnæ contra Laodiceam.
Hierapolis, ciuit. eſt Cretæ in ora maritima. Plin.
Hierapolites, & Hierapolitanus, a. um. à Hierapoli.
Hierapygiæ, ciuitas eſt Theſſaliæ Strab.
Hierapytna, opp. Cretæ in ora maritima. Plin. lib. 4 Vul. Irera petra.
Hieraſſus, fluu. eſt Daciæ. Ptol.
Hierax, ciuit. Præfecturæ Marcotæ Ægypti. Ptol.
Hieri. i. ſacri, pop. ſunt vltra Sauromatas.
Hierico, ſiue Hiericus, untis, Hiericus, ici, ciuitas eſt Iudææ Palæſtinæ, quæ Hebraicis Iericho.
Hiericuntius, a. um. res ad Hiericuntem pertinens.
Hiero Siracuſanus, populi Romani amicus perpetuus fuit.
Hiero Syracoſanorum tyrannus, mira corporis pulchritudine. Iuſt. lib. 23.
Hieroferrus, Athenieſ. familiaris Niciæ Ducis Ath.
Hierocæſarea, ciuit. eſt Lydiæ. l. Mæoniæ in Aſia.
Hierocepia, id eſt, ſacer hortus, inſula Cypri propè Paphum.
Hierocomitæ, populi Teuthraniæ Pergameni conuẽtus, Plin.
Hieron, ſacrum promont. eſt in Hiberniæ inſula. Pt.
Hieron oros. i. ſacer mons in Creta inſu. Pto.
Hieron, promontorium eſt Lauraniæ. Strab. lib. 3.
Hieronneſos, inſula eſt in mari Siculo. Pli. lib. 3 c. 8
Hieronymus, Siciliæ, tyrannus, Hieronymo patri ſucceſſit.
Hieronymus, hiſtoricus Rhodius, familiaris Demetrij Poliorcetis. Plut. in Demetrio.
Hieronymus, philoſophus Rhodius, qui ſummi boni finem poſuit in indolentia.
Hieronymus, id eſt, ſacrum nomen, viri doctiſ. ac ſanctiſſ. proprium.
Hieropolis, vrbs vna ex tribus, quæ terremotu in Aſia reciderunt.
Hierocopolienſes, populi Teuthraniæ Pergameni cõuentus.
Hieroſcolpos, id eſt, ſacer ſinus, propè Aradum ciuitatem eſt. Steph.
Hieroſolyma, æ. Hieroſolyma, orum. & Hieroſolymæ, arum. ciuitas eſt Iudææ Palæſtinæ, quæ & Hierusalem.
Hieroſolimitanus, a. um. & Hieroſolimites, vel Hieroſolimus, aliquis à Hieroſolima. Cic. Sue.
Hieroſolymarius, dictus eſt C. Pompeius, à Hieroſolymis expugnatis. Cic. ad Atticum.
Hierothæum, id eſt, ſacer deus. nomen viri propriũ.
Hierus, flu. eſt Corſicæ, & Sardiniæ inſulæ. Ptol.
Hij, pop. ſunt Pannoniæ ſuperioris. Pto. melius Bij.
Hilarius, viri proprium ab elaros, ſicut Hilarion.
Hilleuiones, pop. ſunt Scandinauiæ. Plin. lib. 4.
Himatopodes, & Loripides, pop. ſunt Æthiopiæ.
Himella, flu. eſt Italiæ. Virg. lib. 7. Æneid.
Himera, flu. eſt per mediam Siciliam fluens.
Himma, ciuitas eſt Syriæ Seleucidis regionis. Ptol.
Hialcon, opp. in Theſſalia, quod Thracenſes Æmonij condiderunt. Lucan lib. 3.
Hippa, ciuitas eſt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
Hipadis, pelagus eſt in Æthiopia ſub Ægypto. Ptol.
Hiparchus Nicæus Aſtrologus, primus inſtrumenta mathematica inuenit, ſcripſitquè aliqua. Suid.
Hiparchus, poeta comicus, cuius fabula Perigamon, id eſt, de nuptijs inſcribitur. Suid.
Hiparcus alius filius Piſiſtrati tyranni. Tucid.
Hipparis, fluu. in Camarina, cuius aquarum pars dulcis, pars ſalſa eſt, interpres Pindari.
Hippaſſos, vnus fuit e Centauris.
Hippaſus Metapontinus, auditor Pythagoræ fuit.
Hippe, Chironis Centauri filia, in equam conuerſa.
Hipperides, orator Athenienſis, æmulus Demoſthenis.
Hippi, promont. eſt Syrtis magnæ in Africa. Ptol.
Hippi, inſu. fuit Ioniæ adiacens. Plin. lib. 5. c. 29.
Hippia, Minerua dicta eſt ab Arcadibus. Paleph. lib. 2. c. 3.
Hippias, Eleus philoſo. diſcipulus Hegeſidemi.
Hippias, Piſiſtrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit. Cic. ad Attic.
Hippici, montes ſunt in Sarmatia Aſiatica. Ptol.
Hippini, oppidum Cariæ, cõuentus Alabandici. Pli. lib. 5.
Hippion Argos, quod Achaicum dicebatur, Peloponeſi vrbs, ab equis deduci videtur.
Hippius, fluu. eſt Ponti, ſiue Bithyniæ. Ptol.
Hippo Regius, opp. Numidiæ in Africa, Epiſcopatu D. Auguſtini inſigne. Vul. Bona.
Hippodiarrhytus. i. Irriguus, opp. quoque nõ longè à priori, ſic dictum, quod paluſtri ſolo madeat. Plin.
Hippo, vtrumquè à Græcis equitibus conditum. Solin.
Hipponenſis, ab vtraque Hippone deducitur.
Hipponẽſis ſinus, ab Hippone Diarrhyto dictus. Pli.
Hippo Cauratiarum, opp. Bæticæ in Hiſp. Ptol.
Hippo, puellæ Bœotiæ nomen. Plut. in Pelopida.
Hippo, opp. Locrorum in Brutijs.
Hippocẽtauri, id eſt, equorum ſtimulatores, filij fere

re

re Centaurorum. Diod. Sic.

Hippocoon, cum liberis ab Hercule interfectus.

Hippocorona, ciuitas eſt Cretæ inſulæ. Strab. lib. 10

Hippocoronium, alia ciuit. Cretæ. Strab. lib. 10.

Hippocrates, Cous medicus, auditor Democra. Suid.

Hippocrates præter ſuperiorem, Suidas quinque cō. memorat.

Hippocrates alius, Dux Athenienſis in bello Peloponneſiaco. Suid.

Hippocrene, fons eſt Bœotiæ propè Heliconem, Muſis ſacer, iuxta quem eſt Aganippe.

Hippocrene, fons quoque Caballinus appellatus.

Hippocrenides Muſæ, ab Hippocrene fonte appellatæ.

Hippodamia, filia Oenomai Regis Piſæ, ac Elidis. Ser.

Hippodamia, alia Bryſæ filia, quam Achilles ſecum abduxit, expugnato Lyrneſſo.

Hippodamnia, alia Anchiſæ filia, quæ Alchatoo Troiano nupſit, quem Idomeneus in pugna occidit.

Hippodamas Mileſius, primus eorum, qui in Repub. verſati non eſſent, diſſeruit de optimo ciuitatis ſtatu. Ariſt.

Hippodorus, Dux Athenienſis, vnus Codridarum. Ælianus, de varia hiſtoria.

Hippodromus, Theſſalus genere, patria Lariſſæus, inter Sophiſtas refertur. Philoſtrat.

Hippodromus, locus eſt in Libya circa Canopicum oſtium.

Hippola, vrbs vetus Laconicā, gētile Hippolaites.

Hippolochus, filius fuit Bellerophontis, & Glauci pater.

Hippolochus, alius Antimachi Troiani filius, ab Agamemnone interfectus. Hom. lib. 11. Iliad.

Hippolyte, vxor Acaſti Regis Magneſiæ, quæ & Cretheis.

Hippolyte, Amazonum Regina Theſei vxor. Ouid.

Hippolytus, filius fuit Theſei, & Hippolytes Amazonis.

Hippolytus, dictus fuit Virbius, eo quod vir bis fuerit.

Hippolytus alius, qui in Danielem, & Prouerbia ſcripſit commentario. Suid.

Hippomachus, tibicen fuit, de quo vide Ælianum.

Hippomedon, ontis, viri proprium eſt. Silio Ital.

Hippomenes, Neptuni nepos, Atalantam puellam curſu vicit.

Hippomalgi, pop. ſunt in inſulis maris Scythici.

Hipponi, id eſt, equorum ſtatio, locus in Numidia.

Hippona, dea erat equorum, quam ſtabularij maximè colebant. Apul. 2. Metam.

Hipponax, poeta Epheſius, à quo Iambicum Hipponacticum, quod & Scazon. Plin. lib. 5.

Hipponium, opp. eſt Brutiorum in Italia, vnde.

Hipponiates, ſinus ab eodem Hipponio dictus. Vul. Golfo de S. Euſemia, en Calabria.

Hipponiata, ſinus Crotonenſium, qui Terinæus appellatur.

Hipponitis, ſtagnum eſt in Africa propia. Ptol.

Hipponeio, vrbs Cariæ, & alia Libyæ. Steph.

Hippophagi, pop. ſunt Sarmatię Aſiaticæ. Ptol.

Hippophagi, pop. ſunt Perſidis regionis. Ptol.

Hippophagi, populi Scythiæ, equinos pedes habentes.

Hippotamedæ, vicus in tribu Oeneide. Steph.

Hippote, locus eſt propè Heliconem Plut.

Hippotoxotæ, dicti ſunt equeſtres ſagittarij, qua voce vtitur Hircius, lib. 5. belli Aſiatici.

Hippuris, inſula eſt vna è Cycladibus. Plin. libr. 4. c. 12.

Hippus, mons eſt Syriæ curuæ. Ptol.

Hippus, mons eſt in Arabia Felici. Ptol.

Hippus, item vicus eſt Arabiæ Felicis. Ptol.

Hippus, flu. eſt Colchidis regionis. Ptol.

Hippus, opp. eſt Iudææ Palæſtinæ. Plin lib. 5. c. 15.

Hippus, inſ. Erethriæ, item vrbs Siciliæ. Steph

Hipſecus, filius fuit Aſopi fluminis, qui Etecoli in auxilium venit contra Polynicem. Stat.

Hipſicattea, vxor Mithridatis, quæ maximè virum dilexit.

Hira, ciu. maritima Peloponneſi, iuxta Pylon. Hom.

Hiracoda, vrbs eſt inſulæ Arabiæ. Diod. Sic.

Hiraſa, locus Lyciæ, in quem Afri Battum tranſtulerunt. Steph.

Hirminium, flumen eſt Siciliæ inſ. Plin. lib. 3. c. 8.

Hirpiæ, familiæ ſunt non paucæ in Faliſcorum agro. Plin.

Hirpin, pop. ſunt in ſecunda Italiæ regione. Plin.

Hirpini montes, per quos Aufidus fluu. Canuſium præterfluit.

Hirus, mons eſt Aſiæ, vnde fluit Hermus. Her. lib. 1.

Hirtius Conſ. cum Pampſa collega in prælio ab Antonio cæſus.

Hiſarci, pop. ſunt Alpini. Plin. lib. 4. c. 26. Vide Meſauci.

Hiſnaelitæ, pop. ſunt, qui nunc Sarraceni dicuntur.

Hiſpa, fluu. eſt Siciliæ. Silio.

Hiſpalis, Bæticæ Prouinciæ vrbs clariſſima, Romanorum colonia, cognomine Romulenſis. Plin. lib. 3. c. 2 Vul. Seuilla.

Hiſpalenſis, e. res ad Hiſpalim pertinens.

Hiſpalenſis conuentus, opp. à latere dextro Hiſpalis.

Hiſpania, regio Europæ, eadem quæ Iberia, & Heſperia.

Hiſpania, in tres Prouincias diuiditur, ſcilicet.

Hiſpania vlterior, quæ Bætica Prouincia cognominatur. Vul. Andaluzia.

Hiſpania citerior, dicitur Luſitania, atque Tarraconenſis.

Hiſpania vlterior, aliquando pro Bætica, & Luſitania ſimul intelligitur.

Hiſpania nobis protulit Quintilianum, Senecam, Martialem, Silium, Lucanum, Prudentium, Pomponium Melam, & alios doctos innumeros.

Hiſpanicus, a. um. dicitur, qui Hiſpaniam debellauit

Hiſpanus, a. um. res ad Hiſpaniam pertinens.

Hiſpanienſis, e. quod eſt Hiſpaniæ extra illam.

Hiſpanienſis, e. quod non eſt Hiſpaniæ in illa.

Hiſpanienſe, vnum ex Rhodani oſtijs. Plin. 4 c. 4.

Hiſpellum, opp. eſt Vmbriæ Mediterraneum. Plin. lib. 5. à fulgineo lapide, nunc caſtrum eſt dirutum. Vul. Spello.

Hiſti, ſtatio eſt in Icaria inſula. Strab. lib. 14.

Hiſtæa, ciuit. eſt Eubœæ inſulæ. Herod. lib. 8.

Hiſtiæus, fuit Mileſiorum tyrannus. Herod. lib. 6.

Hiſtonium, opp. Italiæ, non procul à monte Gargano. Pomp. Vul. Eſtomi.

Hiſtria, regio non ab Iſtro amne, ſed ab Hiſtro Duce dicta. Caton in Originib.
Hiſtri, pop. ſunt Hiſtriæ regionis incolæ. Plaut.
Hiſtricus, a. um. res ad Hiſtriam pertinens.

H ANTE O.

Hoarus, fluu. eſt Mæotiorum, in Mœotidem paludē fluens. Herod. lib 4.
Hodinas, vnus è Græcorum præconibus in bello Troiano.
Hodomatica, regio eſt Macedoniæ. Ptol.
Hodomanti, pop. ſunt Hodomanticæ. Herod. lib. 5.
Hœtichius, vir fuit Achius, optimus ſtatuariæ opifex. Hom. Iliad. lib. 7.
Holmiæ, promont. iuxta Iſthmon Corinthi eſt. Strab. lib. 8.
Holmos, ciuit. eſt Ciliciæ Strab. lib. 14.
Holopixos, ciuit. eſt Cretæ Mediterranea. Pomp.
Homatrini, pop. ſunt Italiæ. Strab.
Homeritarum, regio eſt in Arabia Felici. Ptol.
Homerus, Græcorum Poetarum maximus, & eloquentiſſimus, & reliquorum Poetarum fons. Ouid.
Homeri, patria incerta eſt, nam ſeptem vrbes certat, de ſtirpe inſignis Homeri. Smyrna, Rhodos, Colopon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ.
Homerus, à cæcitate nomen ſortitus, cum prius Meleſigenes diceretur, aliqui lippum tantum fuiſſe dicunt.
Homericus, a. um. adiectiuum, quod Homeri eſt.
Homeridæ familiæ, apud Chios illuſtris fuit.
Homeromaſtixi, Homeri flagellum, cogn. Zoili cuiuſdam.
Homile, ciuit. eſt Theſſalorum in Macedonia. Ptol.
Homole, mons eſt Magneſiæ, ſiue Thraciæ. Strab.
Homoilum, opp. eſt Magneſiæ. Plin. lib. 4. c. 9.
Homoloides, portæ ſunt Thebarum Bœotiarum.
Homonades, populi ſunt in confinio Ciliciæ, & pamphiliæ Strab. lib. 8.
Homœnea, proprium mulieres, quo ſignificatur concordia.
Honorius, viri proprium eſt apud Catullum.
Honotiades, patronymicū ab Honorio fecit Claud.
Horatius Cocles, Rom. vir. clariſ. ſic dictus, quod in prælio alterum oculum amiſerit, quaſi ocles.
Horatius Puluillus, qui ædem Iouis Capitolini dedicauit.
Horatij alij tres fuere, qui cum Curiatijs Albanis congreſſi ſunt.
Horatius, Poeta Veneſinus Lyricorum ſcriptor. Crin.
Hormenium, ſiue Ormenion, ciuitas eſt Magneſiæ.
Hormiæ, opp. Italiæ, quod poſtea Formiæ.
Hormina, ſiue Ormina, opp. Pelopon. Strab. lib. 8.
Hormius, ſiue Hormias, flu. eſt Bœotiæ.
Hornoi, pop. ſunt nō lōgè à Corintho. Steph. lib. 13.
Horodix, Rex Parthorum, qui M. Craſſum occidit.
Hortanum, opp. eſt Hetruriæ. Plin. lib. 3. c. 5. Vulg. Horti.
Hortenſes, cognomine Vrbinates, populi Vmbriæ in Italia.
Hortenſia, Hortenſij Romani filia eloquentiſſima.
Hortenſius, Romanus rhetor, cauſarum Rex ob eloquentiam dictus. Cic. in Bruto.
Horus, Aſſyriorum Rex. Plin. lib. 30. c. 15.
Horus, ab Ægyptijs dicitur Sol. Bocca. auctore.
Hoſſa, Tuſcorum. Ptol. Vul. Marta.
Hoſtia, puellæ nomen, quam à ſe amatā Propertius Corinthiam dixit.
Hoſtiones, pop. iuxta Oceanum Ocidentalē. Steph.

H ANTE V.

Hucaca, ciuit. eſt in Tribu Nepthalin. Ioſ. 19.
Hugo, Italiæ Rex. Luit. lib. 13. c. 14.
Huldericus, Corinthiorum Princeps, circa annum ſalutis 1273.
Hunni, pop. ſunt Septentrionales Scythiæ Europeæ.
Hunni, pop. à quibus Vngaria dicta. Blondo.

H ANTE Y.

Hya, opp. eſt Phocenſium. Homil. 2. Illiad.
Hyacintha, orum, ſacra nocturna à Lacedæmonijs inſtituta in honorem Hyacinthi pueri, ab Apolline diſco iacto interfecti. Ouid. lib. 10. Metam.
Hyacinthus, Amiclæ filius, ab Apolline diſco necatus.
Hyades, ſtellæ ſeptem in cornibus, & ore Tauri.
Hyades, quoties naſcuntur, & occidunt, pluuias creant.
Hyades, erant Atlantis ſeptem filiæ, à Ioue in ſtellas verſæ.
Hyadum nomina, Ambroſia, Eudora, Paſithoe, Coronis, Plexauria, Pytho, & Tythe ſunt.
Hydeti, pop. ſunt Galliæ Narbonenſis. Strab.
Hyæa, vrbs Laconum Ozolorum, gentile Hyæius. Steph.
Hyæla, opp. eſt Arabiæ Felicis. Ptol.
Hyale, Nympha vna ex cōmitibus Dianæ. Ouid. 2. Metam.
Hyalus, flumen ab Homero celèbratum.
Hyamea, vrbs Meneſes, vna ex quinque. Steph.
Hyamion, vrbs Troiana, gentile Hyamius.
Hyampolis, ciu. eſt. Bœotiæ in Achaia. Ptol.
Hyampolis, eadem quæ Hya, Phocenſium opp.
Hyantes, pop. qui poſteà dicti Bœotij.
Hyantius, a. um. ſiue Hyanthæus, a. um. pro Bœotius.
Hyapea, vrbs Phocidis ab Hyapo, cuius Hyapeus. Steph. (Strab.
Hyarotis, fluu. Indiæ, qui miſcetur Aſce ſine fluu.
Hyas, filius Atlantis, & Æthræ, puer formiſſimus. Ouid. lib. 3 Faſt.
Hybla, oppidum eſt Siciliæ Mediterr. Ptol. Vul. Militili. vnde.
Hyblæus, a um. ſiue Hyblaenſis, e, res, oppidi.
Hybla, mons opp. proximus thymo abundans, Megara quoque dictus, vnde Hybleus, a. um.
Hybrianes, pop. ſunt Ponti Euxini accolæ. Strab.
Hydara, ciuitas eſt in confinibus Armeniæ. Strab. lib. 12.
Hydarnes, nobilis Perſa, qui cum Dario in Magum coniurauit. Herod. lib. 3.
Hydaſpes, flu. eſt Medorum, in Indum defluens.
Hydata, ciuit. eſt in Dacia. Ptol.
Hydaticus, Oceanus in Æthiopia interiori.
Hyde, es, quæ poſteà Sardis cognominata. Plin.
Hyde, es, opp. Bœotiæ. Strab. lib. 9.
Hydiſſa, ſiue Hydiſſos, opp. eſt conuentus Alabandici. Plin. lib. 5.
Hydiſſenſes, pop. ſunt ab Hydiſſa cognominati.
Hydra, ſerpens fuit multorum capitum in Lerna palude,

Inde, cui aliquot ſciſis, totidem renaſcebantur.
Hydras, inſ. eſt adiacens Africæ propriæ. Ptol.
Hydrax, opp. eſt Mediterraneum Cyrenaicæ. Ptol.
Hydrax, ciu. eſt Æolidis in Aſia propria. Ptol.
Hydraces, pop. ſunt Perſarum. Strab. lib. 15.
Hydramia, vrbs Cretæ ciuis Hydramicus. Steph.
Hydrea, inſula iuxta Troezenem, gentile Hydreates. Steph.
Hydrilicæ, pop. ſunt conuentus Cyberitatici. Plin. lib. 5.
Hydria, inſ. in Adria. Pomp. lib. 2 c. 7.
Hydrias, regio vnde Marſyas defluit. Herod. lib. 5.
Hydrochous, ſignum cœleſte, id eſt, Aquarius.
Hydrus, untis, ſiue Hydruntum, opp. Calabriæ. Vul. Otranto.
Hydruſſa, inſ. quæ poſteà Andros dicta. Plin. libr. 4. Vul. Andro.
Hydruſa, item cognominata Tenos ob aquarũ abundantiam. Vul. Tine.
Hydruſa, ciuit. eſt in Attica regione. Strab.
Hyela, ciu. eſt Italiæ à Phocenſibus condita. Strab.
Hyerus, pauper quidam fuit, qui, Ioue, Neptuno, & Mercurio hoſpitio ſuſceptis, Oriona filium ſuſcepit. Ouid.
Hyetus, vicus Bœotiæ, à Hyeto quodam Argiuo, Steph.
Hygris, ciuit. eſt Sarmatiæ Europeæ. Ptol.
Hylactor, canis nomen. Ouid. lib. 3. Metam.
Hylæa, terra eſt Scythiæ. Her. lib. 4.
Hylæi, pop. Scythyæ, per quos labitur Hypanis flu.
Hylæum mare, quo Hylæa regio alluitur. Herodot. lib. 4.
Hylæus, vicus eſt in Attica regione, de quo Papinius
Hylæus, vnus è Centauris, à Pirithoo inuitatus ad nuptias. Virg. lib. 8.
Hylæus, nomen canis Actæonis. Ouidius, Hylæuſq; ferox.
Hylami, vrbs Lyciæ, gentile Hylamites. Steph.
Hylas, lacus & flu. Bithyniæ Solin c. 34.
Hylas, puer vnicè ab Hercule dilectus. Val. Flac.
Hyle, opp. eſt Bœotiæ, celebre apud Hom.
Hyle, vrbs eſt Cypri, vbi Apollo Hyletes colitur. Steph.
Hyleeſſa, dicta Paros, vna Cycladum. Steph. Vulg. Paris.
Hylis, penin. Dalmatiæ, ſiue Lyburniæ. Plin.
Hyllu ada, vicus Cariæ, vbi Hyllus interijt. Steph.
Hyllus, qui & Phrygius, fluu. eſt Phrygiæ. Strab. lib. 13.
Hylus, filius Herculis ex Melita, Ægæi fluminis filia.
Hilonome, fœmina Centaura, & biformis. Ouid. lib. 12.
Hymani, pop. ſunt in Illyrica regione. Plin. lib. 3.
Hymella, fluu. apud Virg. lib. 7. Æneid.
Hymenæus, antiquis deus nuptiarum putatus eſt.
Hymera, opp. & flumen eſt Siciliæ. Pomp. lib. 2.
Hymeræus, a. um. res ad Hymeram pertinens.
Hymettus, mons eſt Atticæ regionis propè Athenas
Hymettius, a. um. res ad Hymettũ pertinens. Hora.
Hynidos, oppidum eſt conuentus Alabandici. Plin. lib. 5.
Hyope, vrbs Matienorum, gentile Hyopeus. Steph.
Hypacyris, flu. quod per Nomadas Scythas labitur. Pomp.

Hypea, ſiue Hype inſula vna è Sthæchadibus. Plin.
Hypæpa, ciuit. eſt Lydiæ, ſeu Mæoniæ. Ptol.
Hypæpanus, a. um. res ad Hypæpas pertinens.
Hypaua, vrbs Triphyliæ, gentile Hypauæus. Steph.
Hypania, ciuit. eſt Elidis in Peloponneſo. Ptol.
Hypanis, flu. Sarmatiæ per Hyleos fluens Herod.
Hypanis, flu. quoq; Indorum eſt, Solin c. 65.
Hypanos, inſ. eſt vna è Cycladibus in Ægæo.
Hyparchus Philoſophus, qui ſideribus, & temporibus anni ſcripſit, interp. primus.
Hypartus, opp. eſt Bœotiæ. Strab.
Hypaſij, pop. Orientales. Strab. lib. 15.
Hypata, ciuit. eſt Theſſaliæ in Macedonia. Ptol.
Hypatia, mulier Alexandrina Theonis Geometræ filia, & vxor Iſidori Philoſophi Suid.
Hypatos, Phœniciæ amnis eſt Plin & Pomp.
Hypeleus, ciuitas eſt minoris Aſiæ. Strab.
Hypenor, Princeps Troianus, quem Diomedes occidit.
Hypenus athleta, qui primus diaulo vicit. Pauſan.
Hyperborei, montes Septentrionales Sarmatiæ. Ptol.
Hyperborei, ſic dicti, quod ſupra, id eſt, vltra eos fiat Boreas.
Hyperborei item illorum montium accolæ.
Hyperdexio, Regio Lesbi eſt, vbi Iupiter Hyperdexius, & Mineruæ Hyperdexia coluntur. Steph.
Hyperea, fons eſt celeberrimus in Theſſalia. Strab. lib. 9.
Hyperchius, Alexandrinus Grammaticus, ſub Martiaco Principe. Suid.
Hyperefia, quæ Ægira opp. eſt Achaiæ. Hom.
Hyperia, inſ. eſt vna è Cycladibus. Plin.
Hyperides, Athenienſis æmulus Demoſthenis. Plut.
Hyperion, alijs Solis pater, alij Sol ipſe, quod erat ſuper terras. Ouid. lib. 1. Faſt.
Hyperionius, a. um. vt currus Hyperionius Valer. in Art.
Hypermeſtra filia Danai, quæ ſola Lynceo viro pepercit. Ouid. in epiſt.
Hypernothij, pop. vltra northum ventum ſiti.
Hyphali, ſtationes ſunt in Cyrenaica regione. Ptol.
Hyphormus, portus eſt in Achaia. Ptol.
Hyphormus, portus eſt quoque Italiæ, Strab.
Hypius, vrbs. eſt, & fluu. ſub Pontica Herculea. Steph.
Hypobarus, Indiæ flu. iuxta quem arbores electrum producunt.
Hypochalchis, vrbs Ætoliæ in Europa. Steph.
Hypoleo, promont. eſt Scythiæ Her. lib 4.
Hypſa, flu. eſt Siciliæ inſulæ. Ptol.
Hypſaltæ, pop. ſunt Thraciæ, alij à Biſaltis. Plin.
Hypſelis, vicus Ægypti, ciues Hypſelitæ. Steph.
Hypſenor, filius magnanimi Dolopionis. Pomp. 5. Iliad.
Hypſieratea vxor fuit Mithridatis Regis Ponti. Plu.
Hypſile, ciuit. eſt metropolis in Ægypto. Ptol.
Hypſiliotes, nomos præfectura eſt in eadem Ptol.
Hypſiphyle, filia fuit Thoantis Regis Lemni.
Hypſiſtæ, Thebarum Bæotiarum portæ. Sta.
Hypſitanæ aquæ, ſunt in Sardinia inſula. Ptol.
Hypſizorus, mons eſt Macedoniæ. Plin. lib. 4. c. 10.
Hypſus, Licaonis filius, condidit Thyræum Arcadiæ vrbem. Stephan.

Hypſus,

Hypſus Arcadiæ vrbs. Steph.
Hyrcania Regio eſt Septentrionalis Aſiæ,vnde.
Hyrcani,pop.illius regionis cognominati.
Hyrcanum quoque mare, quod & Caſpium, quod Ptol.lacum facit.Vulg.Mar de Baçan.
Hyrcanus,quoque mons portio montis Tauri.
Hyrcanium. Iudææ oppidum ab Hyrcano Principe dictum
Hyrias,Regio propè Aulidem.Steph.
Hyria,inſula eſt in Ionio ſinu,Strab.& Pomp.
Hyris,ciuit.eſt Iſauriæ iuxta Seleuciam,vnde
Hyrienſes,pop.ab Hyris Iſauriæ dicti.Plin.
Hyria,vrbs Apuliæ, iuxta ſinum Adriaticum.Ptol. Vulg.Ores,en tierra de Otranto.
Hyrie,es,opp.eſt Bœotiæ celebratum.Plin.
Hyrie,appellata eſt, quæ poſtea Zacynthus inſula. Vulg. Zante.
Hyries,locus ab Hyria cognominatus.
Hyrini,Hirpinorum ſunt opp.in Italia.Plin.
Hyrmins,locus eſt in Achaia.Strab.lib.8.
Hyrnithium,parua Regio in Epidauro.Steph.
Hyrpi, pop.ſunt Italiæ iuxta Soractem.Solin.
Hyrri,pop.ſunt Septentrionales Plin.lib.4
Hyrtacus,vir fuit Troianus ex Ida monte.Virg.
Hyſias,vrbs eſt,& flu.Bœotiæ.Strab.lib.9.
Hythnitæ,pop.iuxta Liburnos,& Syopios.Steph.

DE LITERA I.

IA,fuit nomen minoris filiæ Atlantis,Hom.lib.14. Odyſſ.& Latinè vox dicitur.
Iambis,ſiue Iambiſus,opp.Phœnices, quod Ieba.
Iabri,pop.ſunt Arabiæ Felicis Ptol.
Iabrudra,ciuit.eſt Syriæ in Laodicena regione.
Iacea,ciuit.eſt Vaſcorum in Hiſpaniæ,Ptol.
Iacchus nomen eſt Bacchi ab Iaccho, id eſt, clamo. Virg.6.Ecloga.
Iacob, viri proprium Latinè Atleta interp.
Iader,ſiue Iadera,opp.Dalmatiæ,ſiue Illyrici.Vul. Zara.
Iader, ſinus Dalmatiæ in Adriaticum mare profluẽs iuxta opp.Iadera.Lucan.lib.4.
Iadi, vicus eſt Arabiæ Felicis.Ptol.
Iadoni,pop.ſunt Galliciæ conuentus Lucenſis.
Isdua,flu.eſt Germaniæ magnæ.
Iætia,ciuitas eſt in Sicilia inſula.Steph.
Iagath,opp.eſt Mauritaniæ Tingitanicæ,Ptol.
Ialyſos,ciuit.eſt Rhodi inſulæ.Pom.lib.2.
Ialyſus,a.um.res ad ciuitatem illam pertinens.
Iamba,ciuitas eſt Babyloniæ regionis.Ptol.
Iambia,vicus Arabiæ Felicis.Ptol.
Iamblichus, Pythagoricus Philoſophus è Chalcide Syriæ, Porphyrij diſcipulus, Conſtantini tempore.
Iambraſus,Samus à fluuio ſic dicta.Steph.
Iamæ,pop.ſunt Scythiæ Aſiaticæ Steph.
Iamiſſa,æſtuarium Britannici maris.Ptol.quod Cæſari Tameſis fluuius dicitur.
Iamnes,ciuitas eſt Palæſtinæ,& vicus non longe.
Iamnelorum,portus in Palæſtina Ptol.
Iammam,ciuitatula eſt Phœnices Steph.
Iamno,ciuit.eſt minoris Balearis inſulæ.Ptol.
Ians prius, & deinde Diana,d. literæ oppoſitione dicta,vt ait,Nigidius.
Ianæi coloni,quos Ianus pater in Hyrcania tranſtulit.
Ianaſſa,Nympha dicta eſt à ſuauiter rogendo.
Ianaſſum,opp.eſt Galliciæ in Hiſpanis.Pomp.
Iangacaucani,pop.ſunt Mauritaniæ Tingitanæ.
Ianicula,cognominata fuit Italia,à Iano deo.
Ianiculum, colonia quam Ianus poſuit ad ripas Tyberinas.
Ianiculum,mons Romæ,vbi quondam Antipolis,ſiue Æneipolis.Plin.lib.3.c.5.
Ianiculum,opp.non procul à Roma.
Ianiculum, colonia à Iano in Meſopotamiam ſub Babylonia traducta.
Ianita,Nympha Oceani,& Tethyos filia.Heſiod.
Ianes, nomen incantatoris, ex eorum numero, qui Moſi reſtiterunt, cum ſigna faceret coram Pharaone,2.ad Tim.3.
Ianta,Nympha Oceani,& Tethyos filia.Heſiod.
Ianualis,porta Romæ,à Iano dicta,quæ ſemper clauſa permanebat,niſi cum bellum foret.
Ianus,antiquiſſimus Ital.Rex,bifrons à gemina frõte dictus.
Ianum,Romani omnibus ianuis præfuiſſe ferunt, ob idque clanigerum putarunt.
Ianus,geminus & Iunionus appellatus,quia Kalendarum,quæ Iunoni dicatæ ſunt,Princeps.
Ianus, locus erat Romæ, vbi fœneratores conſiſtebant in regione Baſilicæ.Ouid.
Iani, templum Romæ, belli tempore aperiebatur, pacis claudebatur.Seruio.
Iani,templum Romæ,fuit ad infimum Argiletum.
Ianalis,pen.prod adiect vt virga Ianalis.
Ianxuatis,ciuitas eſt Libyæ.Steph.
Isolchos,ciuit.Magneſiæ,quæ etiam Iolchos.
Iaones,pop.commilitones Leonidæ.Strab.
Iapetus,Cœli,& Terræ filius,Promethei pater.
Iapidia, regio eſt finitima Venetiæ regionis. Vulg. Carſoda.
Iapides, pop.ſunt Venetiæ regionis.Strab.lib.7.
Iapis,idis,vir Ætolus,qui in regione Venetiæ,opp. de nomine ſuo condidit.
Iapygea,regio eſt Apuliæ,in finibus Italiæ.Pli.Tierra de Otranto.
Iapiges,pop ſunt Iapygiæ regionis.
Iapigium,promont.Apuliæ,quod & Salentinum dicitur.Vulgo. Cabo de ſanta Maria en tierra de Otranto.
Iapix,Dædali filius,à quo Iapiges pop.Solin.
Iapix, ventus eſt ex Italiæ ora proficiſcens, qui & Caurus.
Iarbas,Iouis,& Garamantidis Nymphæ filius,Getulorum Rex.Vide Virg.lib.4.Æneid.
Iarcas, ſiue Iarcha, Indorum philoſophorum Princeps.
Iarcicus,mons eſt Mediæ.Diod.lib.3.
Iardanus,flu.eſt Peloponneſi.Hom.& Strab.
Iarnos,locus non longè à Cherſonneſo Thraciæ.
Iarſath,opp.eſt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
Iarzeta,ciuit.eſt Libyæ interioris.Ptol.
Ias,ciuit.Atticæ,quæ poſtea dicta eſt Ionia.Strab.
Iaſa,ciuitas,quæ imminet Rubro mari,vbi eſt terminus Moabitarum Prouinciæ.
Iaſis,idis,dicta eſt Atlanta,ab Iaſio patre.Virg.
Iaſius,Iouis & Electræ filius,Dardani frater.Virg.
Iaſon, filius Æſonis, fratris Peliæ Theſſaliæ Regis.

Ias

Iaſonis,res geſtas referunt.Vald.Flac.Iuſtinus,Diodorus Siculus.

Iaſonium, promontorium eſt Ponti Polemonaici in Cappadociæ.Hodiè S.Thomas.

Iaſonius,mons eſt Mediæ.Ptol.

Iaſpis,opp.eſt Hiſp.citerioris,vnde Iaſpenſes. Pt.

Iaſum,opp.Peloponneſi,vnde Iaſides populi.

Iaſſij,pop.ſunt Pannoniæ ſuperioris.Ptol.

Iaſſus,opp. eſt Cariæ in Aſia minori.Ptol.

Iaſſius,ſinus,à Iaſſo oppido eodem dictus.Plin.

Iaſſus,inſ.Cariæ cum opp.eiuſdem nominis.Steph.

Iaſſus,ciuit.eſt Armeniæ minoris.Ptol.

Iaſſus,ciuit.eſt Babyloniæ.Solin.c.22.

Iathripa,ciuit.eſt Arabiæ propè Ægram Steph.

Iatimum, ciuit. eſt Meldarum Galliæ Lugdunenſis. Vul.Meaux.

Iaxamatæ,pop.ſunt Sarmatiæ Aſiaticæ.Ptol.

Iaxartes,fluu.eſt per deſerta Scythiæ fluens.

Iaxtes,fluu. eſt Bactrianorum in Aſia,idem cum ſuperiori.

Iaxabatæ,pop.ad paludem Mæotida.Steph.

Iaziges Metanaſte,pop.ſunt Septentrionales Europæ.Vulg.Septemcaſtra,vel Tranſyluania.

I ANTE B.

Iberia,regio eſt Aſiæ,finitima Colchis, & Albanis. Vulg.Georgia.

Iberia,ſecundùm aliquos ab Iberis,hoc eſt,Hiſpanis primo culta, & inhabitata.

Iberes,pop.ſunt eius regionis incolæ.

Iberia,à Græcis cognominata,quæ à nobis Hiſp.

Iberia,pars eſt Hiſpaniæ,quæ infra Iberum flu.continetur.El Reyno de Aragon.

Iberi,pop.ſunt Iberiæ,hoc eſt,Hiſpaniæ.

Ibericum mare,quod alluit Hiſpaniam à Meridie.

Iberiacus,& Iberus,a.um.ſiue Ibericus,rex ad Iberiam pertinens,vt terræ Iberiatæ.Silio.lib.3.

Iberus,fluu.Hiſpaniæ citerioris,à quo Iberia dicta. Hiſp.Vulg.Ebro.

Ibertes,flu.eſt Sami,inſ.Ioniæ.Plin.lib.5.

Ibetha,ciuitas eſt Arabiæ Felicis.Ptol.

Ibicus,Rheginus Poeta,de quo Eraſmus in Prouer.

Ibylla,vrbs Tartheſſiæ,eiues Ibyllini Steph.

I ANTE C.

Icadius,prædo fuit, cuius fatum deſcribit Cic.in lib. de Fato.

Icadiſtæ, cognominati ſunt Epicurei philoſophi Athæneus,lib.17.

Icaria, inſ.eſt inter Samon,& Naxon,in mari Icario. Vulg.Nicaria.

Icarium mare, ab Icaro Dædali filio dictum.

Icarion,fuit nomen ſæuiſſimi piratæ.

Icaris, idos, & Icariotis, idos, dicta eſt Penelope. Ouid.

Icarius,Athenien.Oebali Laconum Regis filius, & Penelopes pater, in Bootem aſtrum cœleſte verſus.

Icarius,mons eſt Atticæ regionis.Plin.lib.4.c.7.

Icaros,inſ.eſt vna è Sporadibus.Plin.Strab.Sol.

Icarus, Dædali filius,in mare decidens, Icario mari nomen dedit.Ouid. Icarus Icarias nomine fecit aquas.

Iceſitani,pop ſunt Luſitaniæ in Hiſpania.

Ichana,pop.Siciliæ,gentile Ichanius.Steph.

Ichanenſes,pop.ſunt Siciliæ ſtipendiarij.Plin.

Ichara,inſ.eſt adiacens Arabiæ in ſinu Perſico.

Ichnæ,opp.eſt in ora Macedoniæ,Plin.lib.4.

Ichthicuſa,inſ.eſt,quæ poſtea dicta Icaros,nunc Nicaria.

Ichthyophagi,id eſt piſcibus viuentes,pop.ſunt Indorum.Strab.lib.1.

Ichthyophagi,pop.ſunt Æthiopiæ interioris.Ptol.

Ichthyophagi,pop.ſunt Arabiæ Felicis.Ptol.

Ichthys,promont.eſt Elidis in Achaiæ.Thucyd.

Icium nauale promontorium Belgicæ,vnde Cæſar in Britanniam traiecit.Vulg.Cales.

Icoana,ciuit.eſt Cariæ in Aſia. Ptol. melius Bitona.

Icocium,opp.eſt Bæticæ conuentus Gaditani. Plin.

Iconij,pop.ſunt Prouinciæ Narbonenſis.Strab.li.4.

Iconium,opp.eſt Ciliciæ. in quo Cicer. ſe habitaſſe ait.Vulg.Cogni.

Icos,inſ.vna Cycladum EubϾ proxima.Steph.

Icoſitania,Regio eſt contributa Ilicis.Plin.lib.3.

Icoſium,opp.Mauritaniæ Cæſarienſis.Solin.

Icoſion,onis,oppid.idem quod Icoſium.Plin.lib.5. c.2.

Icoſitanus Epiſcopus Legatus Prouinciæ Mauritaniæ Cæſarienſis,ex Concilio Carthag.

Ictimuiorum,vicus eſt iuxta Vercellas.

Ictus,Tarentinus palæſtrita nobilis,omni vita Veneris expers,vt arti accommodatior eſſet Ælian.

Icus,inſ.eſt contra Magneſios.Strab.lib.9.

I ANTE D.

Ida, ſylua Troiana, iudicio Parid. de pomo aureo nota.

Ida altera ſylua Cretæ,vbi nutritus fuit Iupiter.

Ida,mons eſt Æolidis.Plin.lib.5.c.30.

Ida,appellata fuit Dardani Scytharum Regis filia.

Ida,viri Troianorum præconis proprium Hom.

Idæa,prius vocata eſt,quæ poſtea Creta.Diod.Vul. Candia.

Idæa,ciu.Lycaoniæ in confinibus Galatię.

Idæi Dactyli,pop.fuerunt Cretæ inſ.Plin.

Idæus,a.um.Res ad Idã pertinens, vt Idæũ nemus.

Ideus, Rhodius verſificator ſcripſit Rhodiorum res geſtas.

Idicus,a.um.poſſeſſiuum ab Ida monte.Plin.lib.16.

Idale,opp.eſt in Troade.Plin.& Lucan.lib.3.

Idalium,Cypri inſ.opp.Veneri ſacrum.

Idalus,mõs eſt Cypri,ad cuius radices ſitũ Idalium.

Idalius,a.um.adiect.vt Venus Idalia.Virg.

Idanthyrſus,Rex Scytharum, qui bello res magnas geſſit.

Idara,ciuit.eſt Arabiæ Felicis.Ptol.

Idara,ciuit.eſt Syriæ curuę.Ptol.

Idas,Apharęi filius, virorũ ſui ſęculi formoſiſſimus.

Idaſpes,flu.qui ſupra Hydaſpes.

Idondia,pop.ſunt Alpium incolę Strab.lib.4.

Idetani,ſiue Edetania,regio Hiſp.citerioris.

Idetes,pop.Iberici.Steph.

Idancara, ciuit. eſt Arabiæ deſertæ.Ptolom. melius Adicara.

Idicara, ciuit.eſt Babyloniæ.Ptol.

Idij,montes ſunt in Sarmatia Europæ.

Idmon,vates inter Argonautas,Apollinis filius.

Idomena,ciuit.eſt Emathiæ in Macedonia.Ptol.

Idomenenſes,pop.ſuperioris Idomenæ.

Idonis,Regio eſt Macedoniæ.Ptol.

Idotæa,Proti Argiuorum Regis filia.Hom.in Odyſſ.

Idrias,vrbs Cariæ,quæ prius Cryſaoris, Steph.
Idrius Car,filium habuit Euromum, à quo nomen vrbi Caria, Steph.
Idubeda,mons eſt Hiſp citerioris,qui auſenſis.
Idubeda,fluuius eſt Hiſp.Plin.lib.3.c.3.
Idumæa,Regio eſt Palæſtinæ ab Occaſu Iordanis.
Idumæus,a.um.ad Idumæam regionem pertinens.
Idumanis,flu.eſt Britanniæ inſ.Ptol:
Idunum,opp eſt Noricæ regionis,Ptol.
Idua,dicta eſt mater Medeæ,Cicer.quam Ouid. Ipſeam vocat.
Idurius,opp.eſt Cariæ regionis,Ptol.
Idryus,vrbs eſt Pamphyliæ,Steph.

I ANTE E.

Iebba,opp.eſt Phœnices iuxta Carmelum montem
Iebus,ciu.eſt Metropolis,quæ poſtea Salen,tertio, Hieroſolima.
Iellia,ciu.eſt Galliæ Ciſalpinæ,Strab.li.5.
Iena,æſtuarium eſt Britanniæ,inſ.Ptol.
Iényſus,vrbs Syriæ ditionis Arabum,Herod.lib.3.
Iepianacra,prom.eſt Indiæ,Solin.
Iera,Nympha ſic ab impetu dicta.
Ieraſus,fluuius eſt Daciæ,Ptol.
Ierna,ſiue Iubernia,inſ.Oceani,quæ Hybernia.Vul. Irlanda.
Ierna,flu.eſt Hiſp.Pomp.lib 3.
Iernus,flu.eſt Irenæ inſ.Ptol.
Iernis,ciu.eſt in Hybernia,Ptol.
Ieruſalem,vrbs eſt Iudææ celeberrima.
Ies,Ietis,ciu eſt in Achaia.Tortellio.
Ieſpus,opp.eſt Iacetanorum in Hiſp.Ptol.
Ieſus,nomen eſt Redemptoris,ac Saluatoris noſtri.
Ieſus,apud Hebræos diſyllabum, apud Græcos tryſyliabum.

I ANTE G.

Igligile,opp.eſt Mauritaniæ Cæſarienſis,Ptol.
Igilium,ſiue Iginium,inſ.eſt in mari Tuſco, Pomp.
Iginates,æ.flu. Aquitaniæ Occidentalis.
Igilliones ,pop.ſunt Sarmatiæ Europæ.
Igletæ,pop.ſunt Hiſp.Strab.lib.3.
Ignatus,Vulg.Iñego de Loyola , primus Societatis Ieſu auctor,atque inſtitutor,nobili genere natus, & ſumma ſanctimonia prædicus, natione Cantaber,patria Guipuzcoa,vel Prouincia,Vulgo dicitur.De eius vita pater Ribadeneira,eiuſdem Societatis Ieſu,duo edidit volumina,vnum Latinè, alterum verò Hiſpanè. Et frater Laurentius Surius.
Ignetes,pop.Rhodi,Steph.

I ANTE L.

Ilarcuris,opp.eſt Hiſp.Ptol.
Ilas,flu.eſt Britanniæ,inſ Ptol.
Ilegium,opp.eſt Peſaſgiotarum Macedoniæ,Ptol.
Ilerde,ciu.eſt Hiſp citerioris,Vul.Lerida.
Ilerdenſes,pop.Hiſp.conuentus Cæſarauguſtani.
Ilercaones,opp.ſunt Hiſp.citerioris,Ptol.
Ilercaones,dicuntur,Ptol.qui Ilergaones,Plin.
Ilergetes,pop.ſunt Hiſp.citerioris , Ptol. Los de Vrgel.
Ileſton,opp.Bœotiæ celebre,Hom.
Iletta,ciu.eſt Theſſalia,Pli.li.4.c.8.
Ilia,quæ & Rhea Romuli,& Remi mater , à Marte compreſſa,Virg.Serui.
Iliacus,a,um,qui in Ilio natus eſt.
Ilienſis,qui alibi ortus in Ilio negotiatur.
Iliadæ,dicuntur Troiani viri,vel fœminæ.
Ilias,adis,opus Homeri clariſsimum.
Ilice,ciu.Hiſp.citerioris,vulg.Alicante,i qua.
Ilicitanus ſinus,ab Ilice cognominatus,Vulg. Golfo de Alicante.
Ilicitanus portus,ab eadem ciuitate dictus.
Ilienſes,pop.Sardiniæ,ab Ilio oriundi,Pom.
Ilione,filiarum Priami natu maxima,Virg.
Ilionenſes,pop.Italiæ,Pli.lib.3.c.5.
Ilioneus,Phorbantis filius,eloquẽtia excellẽs, Ho.
Ilipa, cognomine Italica,opp.eſt Bæticæ,Plin.
Ilipulæ,duæ ſunt in Betica prouincia.Ptol.
Ilipula quoque,mons ab eodem,Ptol.punitur. Vul. Sierra neuada.
Ilipenſes,ſiue Ilipulenſes inde dicti.
Ilipenſis,Epiſcopus ex Concilio Hiſpal.fortè Ilipulenſis.
Iliſſus,flu.eſt Atticæ Muſis ſacer.
Iliſſus,flu.eſt Imbri inſulæ,Pli.lib.4.c.12.
Iliſſus,flu.eſt Beœtiæ,Herod.lib.4.
Ilithya,i Lucina ciuitas eſt Ægypti.
Ilithya,dicta Diana,quæ parientibus aſsiſtere putabatur,Ouid.
Ilium,ciu.Phrygiæ, ſiue Troadis, quæ & Ilion , & Iſios,ab Ilo Rege ampliata.
Illetia,inſ.eſt contra Epheſum,Pli.lib.5.
Illiberis,opp.clariſsimũ Hiſp.citerioris,fortè Granada.
Illiberis, opp. & flumen Prouinciæ Narbonenſis, Plin.li.5.c.4.Forte Salſas.
Illiberitanus,a,um, ad Illiberos pertinens.
Illuro,opp.paruum Hiſp.citerioris,Pomp.
Illyris,Liburniæ,ſeu Dalmatiæ Portio eſt,nunc Eſclauonia.
Illyrij,pop.fuerunt Liburniæ regionis, Plin.
Illyricus,a,um,vt.Nigrior Illyrica pice,Ouid.
Illyricum mare,quod adiacet regioni.Illyridi.
Illyricanus,a,um,in Codice Iuſtiniano legimus.
Illyris,inſ.eſt in Mari Lycio è regione Lyciæ, Plin.
Ilorci,opp.in Europa ſitum,Plin.
Ilorcitani,ſiue Lorcitani,pop.citerioris,Hiſp.
Ilua,ſiue Ilba,inſ.eſt in mari Tuſco,Plin.Vul.Elba.
Ilucia,opp.eſt,Hiſp.Oretanis.
Illunum,opp eſt Hiſp.Ptol.
Iluratum,opp.in Taurica Cherſonneſo,Ptol.
Ilurbida,ciu.eſt Carpentanorum in Hiſp.Ptol.
Ilurcis,Iberia vrbs à Sempronio Graccho,poſtea dicta Graccheuris.
Ilurco,opp.eſt Bæticæ,Plin.lib.3.c.1.
Ilus,Trois Troianorum Regis filius,qui Ilium ampliauit,nam à Dardano fundata eſt,Virg.

I, ANTE M.

Imaus,mons Indiæ, Tauris ab initio cognominatus.
Imbarus,mons eſt Ciliciæ,Plin.lib.5.c.27.
Imbræus,vnus ex Centauris.
Imbraſus,flu.Sami inſ.Plin.lib.5.
Imbrinum,ſiue Sumprinium,locus iuxta Anienem.
Imbrini colles,& Imbrina ſtagna ab Imbrinio.
Imbros,inſ.eſt contra montem Atho.Pli.li.4. vul. Lembro.
Imeni,& Imenſani,pop.ſunt Britanniæ.
Imola,vrbs in Æmylia, quæ olim Forum Cornelij.
Impanes,pop.vicini Perrhæbis, Steph.

Imy-

Digitized by Google

Imyra, vrbs Phœniciæ. Steph.

I ANTE N.

Ina, ciuit. eſt Syriæ curuæ Ptol.
Ina, quoque ciuit. eſt in Sicilia inſula. Ptol.
Inachia, regio quæ Io vocabatur.
Inachis, ipſa Io Inachi filia, patronymicum.
Inachia, vocatur tota Peloponneſus. Steph.
Inachia, puellæ nomen, adamata ab Horatio.
Inachus, flu. Argiuorum & Iupiter eius filius.
Inachus, Inus, vel Ius, pater fuit primus Argiuorum Res, è quo Inachus, a, um.
Inachius, a, um. Virg. Inachiæ Iuno poſtem meditata Inuenta.
Inalpini, dicuntur qui Alpium initia, & fauces incolunt.
Inarime, inſ. eſt in mari Tuſco. Plin. Vulg. Iſchia.
Inarimea, ſtatio nauium Ænaria dicta eſt.
Inatus, vrbs Cretæ. Steph.
Incubi, dicti ſunt Syluani, ac Fauni.
Indara, Sicanorum ciuit. Steph.
India, regio Orientalis, quæ in duas diuiditur.
India, citra Gangem, & India vltra Gangem.
Indiam, aliqui ob inſignem vaſtitatem tertiam orbis partem eſſe tradiderunt.
Indi, pop. ſunt incolæ vtriuſque Indiæ regionum.
Indicus, a, um. & Indus, a, um. adiectiua ab India.
Indica, vrbs Iberiæ propè Pyrenæum.
Indigetes, ſiue Indigeti, pop. Hiſp. citerioris.
Indus, flu. eſt Indorum, à quo India appellata.
Indus, flu. alter cognominis in Caria.
Induſtria, opp. eſt Galliæ Togatæ. Plin. lib. 3. c. 5.
Incus, flu. eſt Illyridis, ſiue Liburniæ. Ptol.
Inferum mare, dicitur Tyrrhenum, ſicut Superum Adriaticum.
Ingauni Lygures, pop. ſunt Galliæ Ciſalpinæ.
Ingena, ciuitas eſt Galliæ Lugdunenſis. Ptol.
Ingenones, pop. ſunt Septentrionales Europæ. Plin.
Inginini, pop. ſunt Vmbriæ in Italia. Plin. lib. 3.
Ingriones, ſiue Ingenones, pop. ſunt Germaniæ.
Inguinium, vrbs Lyguriæ, vetuſtate nobilis. Vulgo. Albenga.
Ino, fuit Cadmi, & Hermionis filia, vxor Athamantis Thebarum Regis. Cic. lib. 2. de Nat. Deorum.
Inſani, montes memorantur in Sardinia. Floro.
Inſibes, pop. ſunt Africæ.
Inſubres, Galli, pop. Galliæ, Ciſalpinæ, quorum metropolis Mediolanum. Los del Ducado de Milan.
Inſubria, regio cuius pop. Inſubres dicuntur. El Ducado de Milan.
Inſula boni dæmonis, eſt in mari Indico. Steph.
Inſu. Deorum. Hiſp. adiacens. Ptol.
Inſu. beatorum, i. Macaronyſi, ad promontoriũ Tauri montis exhibitæ. Pompon. lib. 2. c. 7.
Inſ. Veneris adiacens Cyrenaicæ regioni. Vulgo. Iſla del Patriarcha.
Intemelium, opp. eſt Liguriæ. Plin. lib. 3. c. 5.
Interamnates, pop. Italiæ ad Interamna oppida.
Interemna, oppidũ eſt Prægutiorum in Italia. Ptol. Vulg. Terrano en Abbruzzo.
Interramnina, pop. Vmbriæ qui interſerunt. Plin.
Interamnates, cognomine Nartes, pop. Italiæ.
Interamna opp. dictum, quod inter omnes ſit conſtitutum. Var.
Interamnium Flauium, opp. eſt Hiſp. Ptol.
Interamnium, opp. alterum in Hiſp. Ptol.
Interauſenſes, pop. ſunt Luſitaniæ ſtipendiarij. Plin.
Intercatia alia, ciuitas eſt Vacceorum Hiſp. Ptol.
Interocrea, ciu. eſt Italiæ. Strab. Vulg. Interdoco en el Reyno de Napoles.
Intuergi, pop. ſunt Germaniæ magnæ. Ptol.
Inutrium, oppidum eſt Vindeliciæ. Ptol. Vulg. Mitemvualde.
Inyſſus, vrbs Ægypti propè Caſium montem. Steph.

I ANTE O.

Io, huius Ius, filia Inachi Regis Argiuorum à Ioue adamata, ac in vaccam conuerſa, poſtea Iſis dicta. Ouid. lib. 1. Metam.
Iobacchi, pop. ſunt Ægypti. Ptol.
Iobaccus, Bacchi cognomen eſt, à voce, & clamo deriuatum.
Iobula, ciuitas eſt Albaniæ. Ptol.
Iocuſta, filia fuit Creontis, & vxor Laij, Thebanorũ Regis, quæ occiſo marito, inſciens nupſit filio.
Iochabella, nomen eſt matris Moiſis. Ioſeph.
Iol. Cæſarea, ciuit. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis. Vulg. Buxia.
Iocala, regio eſt in Sardinia. Diod. lib. 5.
Iolaus, Epheli fuit filius, à quo Sardinij Iolenſes.
Ioleor, opp. eſt Magneſiæ in Macedonia. Plin.
Iolciacus, a, um. ab Ioleo. Ouid. Poſtus Iolciacus.
Iole, Euriti Regis Aetoliæ filia, quam amauit Hercules.
Iolenſes, pop. ſunt Sardiniæ inſ. Strab. lib. 5.
Iolis, regio eſt Indorum. Pomp. lib. 3. c. 7.
Iolitæ, pop. ſunt Arabiæ Felicis. Ptol.
Iolum, mon. Perrhæbiæ incolæ Ioli. Steph.
Ion, Poeta Græcus, cuius meminit Plutar.
Ion, Xuti filius, a quo Ionia dicta Athenienſium ciuitas, ſicut a Cecrope, Cecropia.
Ion, opp. fuit in Attica regione. Plin. lib 4.
Ionaca, ciuitas eſt Perſidis regionis. Ptol.
Ione, ciuitas Paleſtinæ, quæ alias Gaza Steph.
Ionia, regio eſt minoris, Aſiæ, inter Cariam, & Æoliam.
Ionis, ab Iono, Athenienſium Duce, cognominata.
Ionia quoque dicitur pars Atticæ, & Ionnes Attici.
Ionica, regio ab Ione Nauclochi filia dicta eſt. Solin.
Iones, pop. ſunt Ioniæ Aſiæ regionis. Herod. libr. 3.
Ioniacus, Ionicus, Ionius, a, um. adiect. ab Ionia.
Ionidæ, vicus Atticæ in tribu Ægeidæ. Steph.
Ionium mare, quod à Sicilia in Orientem tendit.
Ionium mare, Græcis partim Siculum, partim Creticum appellatur.
Iontij, pop. ſunt Africæ propriæ. Ptol.
Iopas, Res Afrorum, vnus è procis Didonis. Virg.
Ioppe, opp. eſt Paleſtinæ maritimum. Vulgo. Puerto de Iaffa.
Ioppica, Toparchia eſt Iudææ Paleſtinæ. Plin. lib. 5.
Iordanis, flu. eſt Paleſtinæ, eximiæ ſuauitatis. Plin.
Ioron, opp. & Iori, pop. Macedoniæ. Ptol.
Ios, inſ. vna è Cycladibus, in qua ſepultus Homerus. Vulg. Nio.
Iotapa, ciu. eſt Selentidis aſperæ in Cilicia.
Iotapata, vrbs in Syria, a conditore ſic vocata Steph.
Iouianus Pontanus, multa ſcripſit cum proſa oratione, tum carmine.
Iouiniani, dicti Maximinus volunt vocari, qui ſe fortiter in Illyrico geſſiſſent.

Iou's,genitiuus eſt a Iupiter, vnde Iouis gẽma, Pli.
Iouis fanum,opp.eſt Lydiæ, ſiue Mæoniæ in Aſia.
Iouis,ciuitas grandis,quæ Græcè Diopolis, ciu. eſt Ægypti,Ptol.
Iouis mons,ideſt,Dioſoros,eſt in Africa,Ptol.
Iouis mons eſt in Hiſp.Tarraconenſi, Pomp.lib.2. Forte Monjuy.

I ANTE P.

Ipanæ,vrbs circa Carthaginem,Steph.
Ipaſturgi,quod Triumphale,opp.Bæticæ,Plin.
Iphates,& Teſtorius,filij fuerunt Priami ex Porinia Idæa Nympha,in bello Troiano occiſi.
Iphicius,Amphitrionis,& Alcmenæ filius,vno partu cum Hercule editus.Seruio.
Iphicrates,vir Athenienſis,rerum geſtarum magnitudine inſignis,& diſciplina militari nobilis.
Iphidamas,Antenoris filius,corpore lato,ac procero,ab Agamenone interemptus,Hom.
Iphigenia,Agamenonis,& Clitemneſtræ filia.
Iphimedia,vxor fuit Aloei, à Neptuno compreſſa.
Iphenous,vnus ex Centauris.
Iphis,puer liberali ſpecie,qui ſe ipſum laqueo ſuffocauit.
Iphitus,vir fuit Troianus,quem armis maximum dixit Homer.lib 8.Iliad.
Iphitus,filius Praxonidis,qui primus Olympiada inſtituit.
Iphitus,Euriti filius,quem Hercules è turri præcipitauit.
Iphonoua,opp.eſt Bœticæ,Pli.lib.3.c.1.
Ipnus,untis,vrbs Locrorum Ozolorum,Steph.
Ipnuſia,parua regio in Samon, vbi Iunonis Ipnuntidis templum erat,Steph.
Iporus,flu.eſt Siciliæ,Ptol.

I ANTE R.

Iraſta,locus eſt in Africa.Herod.lib.4.
Irath,opp.eſt Mauritaniæ Cæſarienſis,Ptol.
Irethria,opp.eſt Eubœæ,Hom.2.Iliad.
Iria,in Britannia ponitur.Dod.lib.10.
Iria,ciu.eſt Taurinorum in Italia, Ptol.Vulg. Voghera.
Iria Flauia,ciu.eſt Galliciæ in Hiſp.Ptol. Vul.Santa Mar a finis terræ.
Irienſes,ab hoc opp.vnde Epiſcopi Irienſes.
Irine,es.inſ.eſt in ſinu Argolico,Plin.li.4.
Irinopolis,ciu.eſt Ciliciæ Mediterranea,Ptol.
Iris,idis,fluu.eſt Cappadociæ,Ptol.& Strab.
Iris,Taumantis fuit filia,& Iunonis nuntia,Virg.
Irus, Ithacenſis medicus fuit vnus è procis Penelopes.

I ANTE S.

Is,vrbs eſt propè Babylonẽ,apud quam Is flu. Hero.
Iſaca,flu.eſt Britanniæ inſ.Ptol.Vulg. Ex.
Iſæus,Aſſyrius Rhetor,cuius inuentu eſſe fertur omnem materiam in breue conijcere.
Iſamnium,prom.eſt Hyberniæ,inſ.Ptol.
Iſander,filius fuit Bellerophontis, & Archimenes, Hor.
Iſapis,flu.eſt Galliæ Ciſalpinæ in Italia, Vul. Albs torrente en Marca de Ancona,cerca de Peſaro.
Iſapis,non Sapis, Luc.Cruſtumiuſquè rapax, & iunctus Iſapis Iſauro.
Iſara,flu.eſt prouinciæ Narbonenſis Floro.
Iſarges,flu.eſt Mauritaniæ, Cæſarienſis.
Iſatichæ,pop.ſunt Carmaniæ deſertæ,Ptol.
Iſaura,orum.opp.eſt Iſauriæ regionis Galatiæ, Pto.
Iſauria,ſiue Iſaurica,regio finitima Ciliciæ, Strab.
Iſauria,à quæ Iſauricus cognominatus eſt Seruilius. Flor.
Iſauri,pop.ſunt Iſauriæ regionis.
Iſaura,prius dicebatur,quæ poſtea Claudiopolis.
Isburus,flu.eſt Siciliæ inſ.Ptol.
Iſca,ciu.Britanniæ inſ.Ptol.
Iſchalis,ciu.eſt Britanniæ,Ptol.Vul.Ilcheſtre.
Iſcheri,ciu.eſt Lybiæ interioris,Ptol.
Iſchomache,dicta Hippodamia,quæ Pyrithoo nupſit.
Iſcopolis,ciu.eſt Ponti Cappadocum iuxta Sidonẽ
Iſcia,inſ.contra Veliam opp.Italiæ,Plin.lib.3.
Iſcina,opp.eſt Africæ inter duas Syrtes,Ptol.
Iſidis,ciu.in Ægypto,vbi Iſis dea colitur,Plin.
Iſidis,inſ.in ſinu Arabico Æthiopiæ,Ptol.
Iſidis,mons in vrbe Auguſtana Vulg.Iſemberg.
Iſis,idis. Inachi filia prius Io dicta.
Iſiaci,dicti ſunt Iſidis ſacerdotes.
Iſius,mons eſt Æthiopiæ ſub Ægypto,Pto.
Iſmaela, Arab.parua regio,incolæ Iſmaelitæ, Step.
Iſmalis,idis,lacus eſt Thraciæ,Herod.lib.7.
Iſmarus,mons eſt Thraciæ,vbi Iſmara Ciconum. oppidum fuit,Iſmaris quoque ſtagnum eſt.
Iſmarius.a.um.adiect.vt equi Iſmarij.Ouid.
Iſmene,Oedipi filia,quæ cuidam Athy Cyrrheo iuueni deſponſata fuit,Stat.
Iſmenias,nomẽ Thebani optimi tibicinis. Apuleio.
Iſmenus,flu. Bœotiæ,vnde Iſmenius,a.um.
Iſocrates, nomen maximi oratoris Athenienſis.
Iſocrates,ſuperioris auditor, ex Appollonia Ponti. Sui.
Iſocrates,& Machaon, præfecti claſsis Corinthiorum contra Athenienſes,in Peloponneſiaco bello.
Iſon,opp.eſt Peloponneſi,Strab.
Iſondæ,pop.ſunt Sarmatiæ Aſiaticæ,Ptol.
Iſonoe,ciu.eſt Aſsyriæ regionis,Ptol.
Iſpa,ciu.eſt Armeniæ minoris,Ptol.
Iſpaluca, opp.eſt Hiſpaniæ citerioris.
Iſpellum,ciu.eſt Vmbriæ in Italia,Strab.lib.5.Vul. Spelo.
Iſpinum,opp.eſt Carpentanorum in Hiſpania. Ptolem.
Iſporis,vicus eſt Syrtis magnæ. Ptolemæus, hodie Naym.
Iſrael,nomen Patriarchæ Iacob,interp. vir videns Deum.
Iſraelitæ,dicuntur qui è ſtirpe Iſraelis ſunt.
Iſſa,inſula eſt in ſinu Illyrico,cum eiuſdem nominis oppido.Vulg. Liſſa.
Iſſeus,a.um.adiect.res ad Iſſam pertinens.
Iſſa,nomen eſt catellæ. Martial.epigram.1 38.
Iſſedones,an Eſſedones populi Scythiæ. Herod. libr.4.
Iſsiorium,vrbs Laconiæ,vnde Diana Iſsioriæ, Stephan.
Iſſos,vrbs eſt Ciliciæ Alexandri contra Darium victoria nobilis,ideoquè Nicopolis dicta.
Iſsicus ſinus,à loco Iſſo Ciliciæ cognominatus.
Iſsi,portus Ponti Cappadocum iuxta Sidonem. Ptolem.

Iſtas,

Iſtas,flu.eſt Britanniæ.
Iſtar, flu. eſt idem qui quoque Danubius dicitur.
Iſteuones,pop.ſunt Germaniæ.Plin.lib.4.c. 14.
Iſtiæotis tractus, ad Oſſam & Olympũ iacet. Her.
Iſthmus,terra eſt anguſta inter duo maria.
Iſthmus,propriè Peloponneſi iuxta Corinthum,vul. Eſtrecho de Morea.
Iſthmus,curſus Achillis in Sarmatiæ Europæ.
Iſthmum fodere,eſt fruſtra aliquid moliri.Eraſ.
Iſthmiacus,a.um.& Iſthmicus,a.um.res ad Iſthmum pertinens.
Iſthmia,orum, ludi Palemoni ſacri, qui ad Iſthmum fiebant.
Iſtonium,opp.eſt Celtiberorum in Hiſp.Ptol.
Iſtone, mons Corcyræ proximus, vnde Iſtoneus. Steph.
Iſtonium, opp.eſt Ferentanorum in Italia. Vulgo. Eſtomi.
Iſtria.Italiæ regio finitima Liburniæ in Europa.
Iſtrici,pop.ſunt regionis Iſtriæ.
Iſtriana,ciu. eſt Themorum in Arabia Felici. Ptol.
Iſtrianus,flu.eſt Tauricæ Cherſonneſi.Ptol.
Iſtropolis,ciuit.eſt Thraciæ ab Iſtro flu.dicta.
Iſtros,ciuit.eſt Myſiæ ſuperioris.Ptol.
Iſtrus,ciuitas eſt Cretæ,quæ & Iſtron.Steph.
Iſurum,opp.eſt Britanniæ.Ptol.
Iſus,& Anthiphus,Priami fuere filij. Hom.
Iſuuium,opp.eſt Vmbrorum in Italia.Ptol.Vul.Eugubio,à veinte millas de Citta Caſtello.

I ANTE T.

Italia,regio Europæ omnium nobiliſſima.
Italia,in 11.regiones diuiditur. Plin.lib.3.
Italia,olim Heſperia, Auſonia & Enotria dicta.
Italides,æ,patronymicum vir ex Italia.
Italis,idos in forma patronymica fœmina ex Italia.
Italicus,a.um.pro eo quod eſt Italus,a.um.
Italus,a.um.ad Italiam pertinens.
Italica, vrbs Italiæ, quæ alio nomine Corfinænimi. Steph.
Italica,ciu.Bæticæ,patria Traiani Cæſaris.
Italicenſis,e,nomen gentile ab hac Italica.
Italicus, ager in Sicilia.Steph.
Itamos portus,& ciu. Arabiæ Felicis.Ptol.
Lyndus, ciu. Rhodi, in qua Herculis ſacra fiebant. Lactant. Vulg. Lindo. (Steph.
Lynx, vrbs Libyæ iuxta Gader, poſt Atalantem.
Lynxama, ciuit. eſt Libyæ interioris. Ptol.
Lynxamatæ, pop. ſunt Libyæ interioris. Ptol.
Lynxo, ſiue Lynx, opp. eſt Mauritaniæ.
Lyrceus, fons eſt, ex quo Inachus fluuius oritur, in de aqua Lyrcea. Steph.
Lyrneſſus, oppidum fuit Æolidis regionis in Pamphylia, ab Achille euerſum.
Lyrneſſis, idis, patronymicum fœm. gen. Ouid.
Lyrope, ciuitas eſt Pamphyliæ regionis. Ptol.
Lyſa, ciuitas eſt Arabiæ Petreæ. Ptol.
Lyſander, Dux Lacedæmoniorum inuictiſſimus. Plin.
Lyſanias, vir in Arcadia, qui Lycaonem Regno expulit.
Lyſanium, ciuitas eſt Cauæ Siriæ. Ptol.
Lyſiades, Athenienſis Phædri philoſophi filius. Cic.
Lyſias, orator Syracuſanus, Cephali filius. Cicer. in Bruto.

Lyſias, ciuitas eſt Arcadiæ in Peloponneſo. Ptol.
Lyſias, opp eſt magnæ Phrygiæ. Ptol.
Lyſicrates, vir quidā, qui capillos iam canos nigros tingebat, quo iuuenis etiam dum videretur.
Lyſidice, filia fuit Pelopis, & Hippodamiæ Pitthei ſoror, qui Electrioni nupſit. Plut.
Lyſimachia, oppid. Ætoliæ humi proſtratum, quod prius Hydera. Strab. lib. 10.
Lyſimachia, quæ nunc Hexamillum, oppidum eſt Thraciæ Cherſonneſi. Ptol. Vul. Hexamilli.
Lyſimachus, Agathoclis filius, vnus ſucceſſorū Alexandri. Iuſt. lib. 15.
Lyſimachus, natione Acarnan. Alexandri Pædagogus, ſecund. poſt Leonidem obtinuit. Plut.
Lyſippe, filia Prœti Argiuorum Regis, à Iunone cū cæteris ſororibus in vaccam mutata.
Lyſippus, nobilis ſculptor, à quo tantum ſe fingi Alexander paſſus eſt. Cic. in epiſt.
Lyſippus, item poeta comicus, cuius fabulas ennumerat Athenæus.
Lyſiſtratus Sicyonius, Lyſippi ſtatuarij frater. Plin.
Lyſtra, ciuitas eſt Iſauriæ in Galatia Ptol.
Lyſitania, portio Hiſpaniæ, quæ Luſitania.
Lyſo, quidam Ciceronis hoſpes, vt ſcribit in epiſtol. lib. 16.
Lyſus, Arcadiæ fluuius, ad cuius radices Æſculapij tumulus.
Lytæ, parua regio Theſſaliæ. Steph.
Lyus, flum. eſt minoris Aſiæ in Pontum defluens.
Lyxea, vrbs Acarnaniæ, à Lyxeo quodam. Steph.

DE LITERA M.

Maarſares, fluu. Babyloniæ in Euphratem ſe recipiens. Ptol. melius Baarſares.
Macæ, arum, populi ſunt Arabiæ Felicis Carmanis oppoſiti. Pomp. lib. 3.
Macæ, pop. ſunt Libyæ interioris.
Macanitæ, pop. ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
Macareus, filius Æoli, qui Canacem ſororem vitiauit.
Macaria, quondam dicta eſt, quæ poſtea Cyprus. Pli. Vul. Chipre.
Macaria, quoque cognominata eſt, quæ poſtea Leſbos. Plin. Vulg. Metelin.
Macaria, inſu. in ſinu Arabico in Æthiopia Ægypti. Ptol.
Macaria Herculis filia, quæ pro incolumitate publicè ſe deuouit inferis, ad expiandum ſcelus. Eraſm.
Macaris, ciuitas eſt in Peloponneſo. Strab.
Macarius, viri proprium. Hom. interpretatur beatus.
Macaron, inſ. Ponti, quæ Leuce & Achillea dicta Pl.
Macaronneſſi, id eſt, beatorum inſulæ, ad promontorium Tauri. Pomp. lib. 2.
Macaron, inſulæ dicuntur Leſbos, Samos, Chios, &c.
Macaron, quidam dici putant, quod fortunati cœli, ac ſoli ſint, vel.
Macaron, quod eas ſuo, ſuorumque Regno Macar occupauerat. Pomp. lib. 2. c. 7.
Macaronneſos, cognominata eſt Creta inſ. Soli. Vul. Candia.
Macaros, dicta eſt Creta, à tempore cœli.
Machabæus, nomen barbatum, quo vocati ſunt viri illi fortiſſimi.

Macetri,pop. ſunt Libyæ interioris.Ptol.
Mace,gens inter Carmaniam,& Arabiam.Steph.
Macedo,filius Oſiridis,Iouis filij.
Macedonia, Prouincia Europæ, inter Thraciam,& Theſſaliam.Pomp.lib.4.c.10.
Macedonia,à Macedone Oſiridis Iouis filio dicta eſt
Macedo,onis,qui Macedoniam inhabitat.
Macedonicum mare, quod Ægæi pars eſt.
Macedonicum mare,à Pallene monte extenditur,vſque Megaram.
Macedoniacus,& Macedonius,a.um.adiect. vt Iris Macedonica.Celſus.
Macedonienſis, e, res ad Macedoniam pertinens. Plut.
Macedonicus ſinus,eſt mare contra Macedoniam.
Macedones,pop.ſunt in ipſa Macedonia.
Macedonis ora,ante Emathia dicta eſt Gel.lib.4.
Macedones,alij cognomine Hyrcani, pop. ſunt Lydiæ.Plin.lib.5.c.29.
Macella, ciuitas eſt Siciliæ inſulæ.
Macetes,pop.ſunt ijdem,qui Macedones.
Macetio,ciuit.eſt Cretæ inſulæ.Strab.
Machalaum,opp.in agro Brixiano, Inſubrium valde nobile.
Machaon,medicus inſignis, filius Æſculapij.Hom.
Machaonius,a.um.Ouid. Ille Machaonia vix ope ſaluus erit.
Macherus,untis,opp. Iudææ Palæſtinæ.
Machia,inſula eſt vna è Cycladibus.Pli.lib 4.c.12.
Machini,pop.ſunt Africæ propriæ.Ptol.
Machurebi,pop.ſunt Libyæ interioris.Ptol.
Machures, opp. ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
Machuſi,pop.ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis Ptol.
Macidos,opp.eſt Helleſponti. Pomp.lib.2.c.1.
Macieni,opinor pro Mintinei,lege Mintinei.
Macina,opp.eſt Prouinciæ Narbonenſis.Plin.lib.3.
Maciſtum,opp.eſt Arabiæ.Strab.
Maciſtus Triphyliaca,ciuitas eſt Eubœæ.Steph.
Maciſtij,pop.ſunt à Maciſto cognominati.
Macita,ciuitas eſt Arabiæ Felicis.Ptol.
Macliæ,pop.ſunt Africæ finitimi Nazamonibus.
Macolicum,ciuitas eſt Hiberniæ inſulæ.Ptol.
Macodama,opp.eſt iuxta Syrtim magnam.Vul.Mezorata.
Macodama altera,ciu.eſt ad Syrtim minorem.
Macomades, opp. eſt Africæ propriæ.Plin.lib.5.
Macoraba,ciu.eſt Arabiæ Felicis.Ptol.
Macra,flu.Italiæ,inter Liguriam,& Hetruriã.Vul. Magra.
Macra,inſu.in ſinu Carcinite.Plin.lib.4.c.13.
Macra,campus eſt in Phœnice regione.Strab. lib.16
Macri,campi inter Bononiam,& Rauennã,per quos Romam itur.Vulg.Valle de Montirono.
Macria,inſ.prius dicta,quæ poſtea Rhodius.Pl.Vul. Rodas.
Macrini, pop.ſunt Corſicæ inſulæ.Ptol.
Macris,inſula eſt in Mari Lycio.Plin.lib.5.c 31.
Macris,cognominata eſt Chios inſula.Plin.lib.5.
Macris,quoque dicta prius quæ poſtea Icarus.Vulg. Nicaria.
Macritus Cous,Sinopen in Ponto condidit.Steph.
Macrobij,dicuntur populi longioris vitæ.
Macrobij,pop.ſunt Meroes inſulæ Æthiopiæ Ægypti.Pomp. lib.3.in deſcrip.Æthiopiæ.
Macrobij,pop. Athonis montis incolæ.Plin.lib.4.
Macrobius,nomen viri proprium, Latinæ longæuus dicitur.
Macrocephali,pop.ſunt ad Boſphorum Cimmerium. Pomp.
Macrocremnij,montes ſunt propè Iſtrum flu. Plin.
Macrocremnus,mons eſt Sarmatiæ Europæ.
Macrones,pop.fuerunt tributarij Dario.Hero.li.7.
Macrontychos,id eſt,lõgus murus,opp.eſt Thraciæ.
Macryas,vocat Steph.quos Plin.& Ptol. Maclyas.
Macryes,pop.ſunt Africæ propriæ.Ptol.
Mactorium, vrbs eſt ſita ſuper Gelã in Siciliã.Vulg. Mazarino.
Macynia,ciuit.eſt Ætoliæ.Strab.libr.9.
Macyſtos,mons eſt Lesbi inſulæ notiſſimus.Pli.li.5.
Madaraſa,opp.eſt Arabiæ Felici.Ptol.
Madauta, ciuitas in collimitio Getuliæ & Numidiæ ſita.Vulg.Oran.
Madaurenſis colonia,vnde fuit Apuleius Socratic.
Madurenſis colonia,ſub ditione Syphacis collocata.
Madia,ciuitas eſt Colchidis regionis.Ptol.
Madiama,ciuitas eſt Arabiæ Felicis.Ptol.
Madian,vrbs quædam ab vno filiorum Abraham ex Cethura ſic vocata.
Madian,trans Arabiã ad meridiem in deſerto Sarracenorum ſita eſt.Hieronymus.
Madianea,& Madianeis regio dicitur à Madian.
Madianites,ſinus eſt Arabiæ Felicis.Ptol.
Madoca,ciuitas eſt Arabiæ Felicis.Ptol.
Madugi,pop.ſunt Æthiopiæ ſub Ægypto.Ptol.Græca habent Cadupi.
Madurus, opp.eſt Numidiæ nouæ.Ptol.vnde.
Madurenſe legit Politianus, vbi Plinius mendoſe Materenſe.
Madurenſe hoc in loco,vera lectio eſt Materenſe.
Madytus,vrbs Helleſpõti,gentile Maditius.Steph.
Mæander,flu.Phrygiæ in Aſia propria.Ptol.Vulgo. Pallazzia.
Mæandrius,a.um.res ad Mæandrum pertinens.
Mæandria,opp eſt Epiri.Plin.lib.4.c.1.
Mæandropolis,opp.fuit Cariæ regionis. Plin.lib.5.
Mædia,cum.æ diphtongo,ciuit.eſt in Thracia.
Mædi,pop.ſunt Thraciæ,Medi verò ſine diphtongo Aſiæ.
Mædica præfectura.Thraciæ eſt Pæoniæ vicina.
Mænades,apud Græcos,dicuntur mulieres, Bacchi ſacrificulæ,à Græco Mainomai,id eſt,inſanio.
Mænades,ſparſis capillis inſtar furentiũ celebrabãt Bacchi ſacrificia.Iuuenal.
Mænala,qui & Mænalus intellectu ſingulare,voce autem plurale, mons eſt Archadiæ altiſſimus, & ciuitas quoque, vnde
Mænallus,a.um. adiect. res ad vtrumque pertinens.
Mænalia,vrbs Galatiæ.Steph.
Mænius,Conſ.Rom.Priſcos Latinos,ac Antiates nauali prælio,anno ab vrbe condit.430.deuicit.
Mænobera,vrbs Maſtienorum,gẽtile Mænobæreus. Steph.
Mænoles,dictus eſt Dionyſius,quod Latinè furẽtem ſignificat,cui Bacchæ Orgia celebrant.
Mænomen,montes ſunt in Sardinia.Ptol.
Mæonis, regio eſt Aſiæ minoris, quæ poſtea Lydiæ.
Mæones, pop.dicti,qui poſtea Phryges.

Digitized by Google

Mæones, Anamæon adoleſcentulus à ſe dictos condidit. Beroſus.
Mæonius, a um. res ad Mæones pertinens.
Mæonides, vir, & Mæones fœmina ex Mæonia.
Mæonides, per excellentiam dicitur Homerus, vnde & Mæonium carmen.
Mæotis, palus Septentrionalis, quæ coniungitur Pōto Euxino. Vulg. Mar de Tana, ó Mar Negro, alijs Zabacca.
Mæotæ, pop. ſunt Mæotidis paludis accolæ. Plin.
Mæotei, pop. ſunt Septentrionales ad Tanaim fluu.
Mæoticus, a. um. res ad Meotidem pertinens, Virg.
Mæpa, ciuit. eſt Armeniæ maioris. Ptol.
Mæpha, ciu. eſt Arabiæ Felicis. Ptol.
Meſanites, ſinus maris Perſici in Arabia Deſerta, Pt.
Magares, ſiue Macares, pop. ſunt Ætoliæ. Pli. lib. 4.
Magarſos, ciuit. eſt Ciliciæ. Plin. lib. 5. c. 7.
Magellini, pop. ſunt Siciliæ ſtipendarij. Plin. libr. 3.
Magi, pop. ſunt Perſidis ſapientiæ ſtudioſi.
Magia, fons Siciliæ in agro Syracuſano.
Magia, vrbs Illyriæ, gentile Magiates, Steph.
Magidana, ciu. eſt Græcorū in Arabia Fœlici. Ptol.
Magini, pop. ſunt Septentrionales, de quibus Tibul.
Magiſtrica, regio Tauriſcorum iuxta Alpes. Steph.
Magna, inſ. in Libyca, gentile Magnites. Steph.
Magna Græcia, dicta eſt ea Italiæ pars, quæ à Carento vſque ad Cumas eſt, vel
Magna Græcia, quod Muicæ, magnaque ciuitas in ea à Græcis fuerunt conditæ. Feſt.
Magna Græcia, à quibuſdam tota Italia dicta eſt.
Magnata, vrbs Hybetniæ, à qua Magnatę pop. dicti.
Magnes, Athenienſis comicus fuit tempore Epicarmi, docuit fabulas nouem. Suid.
Magnes, item Smyrnæus puer Gygy Lydorum Regi prædilectus. Suid.
Magneſia, promont. eſt Macedoniæ confinis Theſſaliæ.
Magneſia, promont. eſt Macedoniæ, Pto. vulg. Cabo Verlichi.
Magneſia, vrbs eſt Ioniæ in Aſia minori ad Mæandrum fluu. Herod. lib. 3.
Magneſianus, a. um. Hieronymus fecit à Magneſia.
Magnetes, pop. ſunt Magneſiæ regionis.
Magneri, pop. Darij Regis tributarij, Herod. lib. 3.
Magnetis, idis, fæmina eſt ex Magneſiæ regione.
Magnetis, filius Glaphyras, conditor Glaphyrarum, vrbs Theſſaliæ. Steph.
Magneſſa Hippolyte, Acaſti Regis Magneſiæ cōiux.
Magniana, opp. eſt Pannoniæ ſuperioris. Ptol.
Magnus, flu. eſt Cappadociæ.
Magnus portus, Ptol. in diuerſis locis ponitur.
Magnus portus lacus Britanniæ. Ptol. Vulg. Portiſmeuth.
Mago, onis, opp. eſt in minori Baleari. Ptol.
Mago, auctoris Afri nomen, qui de re ruſtica ſcripſit
Mago, Dux Carthagienſis, qui Romanis in bello Tarentino auxilio venit ante bellum Punicum. Liu.
Mago Annibalis frater in agro Inſubrium, vulneratus apud Corſicam obijt, Liu. lib. 30.
Mago, item à Scipione apud Carthaginem in Hiſp. captus, ac per Lælium Romam miſſus, Liuio.
Magog, filius Iapher, à quo Magogæ dicti, qui Græcis Scytæ, Ioſeph lib. 1.
Magogum, Regnum in Aſia, quem Saturnus Babylonius Rex condi iuſſerat.
Magoras, flum. eſt Phœniciæ. Plin. lib. 5. c. 20.
Magorum ſinus, ponitur in Arabia Fœlici. Prol.
Magrada, fluu. eſt Citerioris Hiſpaniæ. Pomp.
Maguda, ciu. eſt Meſopotamiæ ad Euphratrem. Ptol.
Magulaba, ciuitas eſt Arabiæ Fœlicis. Ptol.
Magunria, ciuitas eſt Germaniæ.
Magunta, populi ſunt Germaniæ.
Magura, ciuitas eſt Libyæ interioris. Ptol.
Maguſa, ciu. eſt in Arabia Petrea, Ptol.
Maia, Atlantis filia ex Pleione nympha, ex qua Iupiter Mercurium ſuſcepit. Hæc propter ingenij, & doctrinæ excellentiam ludis, ſeu feſtis (quæ etiam nunc menſe Maio apud nos vigent, vulg. De las Mayas) nomen dedit, vide Matamo, lib. de aſſerenda Hiſpanorum eruditione.
Maia, dea quędam Fauni filia, cui in mellario vaſe nō mel, ſed vinum ſactificabant.
Maieſtas, dea Honoris & Reuerentiæ filia. Ouid.
Maius, menſis à maioribus, quibus conſecratus erat, dictus ſicut Iunius à Iunioribus, Macrob.
Malaca, opp. eſt Bæticæ in ora maritima, Pomp. vulgo Malaga.
Malacitanus, a. um. res ad Malacā Bæticæ pertinens.
Malacath, ciuit. eſt Libyæ interioris, Ptol.
Malchubij, pop. ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Malchus hiſtoricus ſcripſit hiſtoriam à Conſtantino vſque ad Anaſtaſium, Suid.
Malchus, famulus Sacerdotis, quē percuſſit Petrus.
Malea, promont. eſt ſinus Laconici in Peloponneſo, vulg. Cabo Malueſia.
Maleacus, a. um. Malea, vt ſinus Maleacus.
Malena, regio eſt Acarnitidis, Herod. lib. 6.
Maleos, inſ. adiacens Hybetniæ vna ex quinq; Ebudis, Ptol.
Maleos, emporium eſt Æthiopiæ Ægypti, Ptol.
Maleos, inſ. eſt adiacens Liburniæ.
Malethubalus, mōs eſt Mauritaniæ Cæſariēſis, Ptol.
Maleuentum, Cāpanię, opp. quod boni ominis cauſa Beneuentum verſum. Perotto. vulg. Beniuento.
Malæus, mons eſt Indiæ in Oretum gente, Pli. lib. 2.
Maliaca, ciu. eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, Ptol. vulg. Benauente.
Maliachi, duæ inſulæ in ſinu Arabico, Ptol.
Maliatha, ciuit. eſt Arabiæ Petteæ, Ptol.
Malichos, inſ. eſt à qua Scenon a 25. paſſuum millibus diſtar, Soli. c. 70.
Malica, vrbs Theſſaliæ, à qua pop. Malices, Steph.
Malicus, opp. à quo ſinus Maliacus videtur dictus.
Malies, apud Papin. legitur, pro quo mēdoſe Mileos.
Malieus, ciu. eſt contermina Locridi & Doridi.
Maliacus ſinus, qui adiacet Malieo oppido.
Malimnus Siciliæ mons Theoctito, ob id quod malis, id eſt, pomis refertus ſit.
Mallaba, ciuitas eſt in Arabia Fœlici, Ptol.
Mallada, vrbs Perſica, gentile Malladenus, Steph.
Mallois, locus in Lesbo, vbi Apollinis templum eſt, Steph.
Mallos, ciu. eſt Ciliciæ propriæ dictæ, Pt. vul. Malo.
Mallotes, vir, & Mallotis fœmina, à Mallo vrbe.
Malotæ, per ſimplex, l. ſcribitur ſemper à Latinis.
Malotæ, à patria, dicuntur Crates, Ariſtophanes, & Philiſtides.

Malotæ,vide an ſit à Mallos an Malos.

Malquæ,pop.ſunt Libyæ interioris,Ptol.

Malſanæ,vrbs Felicis Arabiæ, gentile Malſanites, Steph.

Maltachæ inſ.eſt adiacens Corcyræ, Pli.li.4.c.12.

Malua,per.u.vocalem,fluu.eſt Mauritaniæ Tingitaniæ.

Mamala,villa eſt Arabiæ Fœlicis,Ptol.

Mamarcina,vrbs Auſoniæ;gẽtile Mamarcinus.Ste.

Mambre,mons iuxta Hebron.

Mamechia,ciu.eſt Albaniæ regionis Aſiæ, Ptol. legendum potius Camechia.

Mamercus,prænomen Æmiliorum.

Mamercorũ meminit Cic.de claris orat.& in off.

Mamercus,præſul Viennẽſis,primus ſupplicationes, quas noſtri rogationes vocant,inſtituit,Volar.

Mamers, dictus eſt Mars Oſcorum lingua, qui & Mauors appellatur.

Mamertes Corinthius,filios fratris ſui Siſaponis libidine regnandi interfecit,Ouid.

Mamertium,opp.eſt Campaniæ,Strab.lib.6.

Mamertini,pop.ſunt Campaniæ à Mamerito.

Mamertini, quum colonos in Meſſanam miſiſſent, ipſi quoque Mamertini,potius quã Meſſanenſes dicti ſunt.

Mamertina quoque,Meſſana ciu.dicta eſt,&

Mamertinum vinum,non Meſſanenſe.Martial.

Mammida,ciu.eſt Perſidis regionis,Ptol.

Mãmila,Telegoni filia,a qua Mammillorum familia vocata.

Mãmiſea,Tetrarchia eſt Siriæ Cœles,Pli.li.5 c.23

Mamortha,ciu.eſt Palæſtinæ Iudææ,Pli.li.5.c.13.

Mampſarus,mons eſt Africæ propriæ,Ptol.

Mampſari,pop.ſunt eiuſdem Africæ,Ptol.

Mamuga,ciu.eſt Caſiotidis regionis Syriæ,Ptol.

Mamurræ,Senatoria familia erat Romæ.

Mamura,eques Romanus,Formijs natus, Plin.lib. 36.cap 6.

Mamurrius,faber fuit ærarius,qui Ancyla fabricauit Saliorum,M.Ouid.

Manalis,petra oſtium erat Orciper, quod animæ inferorum ad ſuperos manent,qui dicuntur Manes.

Manalis petra,quæ cum in vrbem pertraheretur,inſequebatur pluuia,Feſt.

Manalis fons,dicitur pro eo,quod aqua ex eo ſemper manat. Feſt.

Manapia,ciu.eſt Hyberniæ inſulæ,Ptol.

Manarmanis,portus in Germania magna,Ptol.

Magnates,pop.fuere in Lario qui interiore,Plin.

Manathuſa,ſiue Manechuſa,opp.Cret.inſ Pomp.

Manathuſa,op.Cret.vbi mẽdoſe legitur Camoracuſa

Manchana,ciu.eſt Meſopotamiæ ad Tigrim,Ptol.

Mandagandeni,pop.ſunt Acolidis,Plin.lib.5.c.30.

Mandagana,ciu.eſt Mediæ,Ptol.

Mandagarſis,ciu.eſt quoque Mediæ,Ptol.

Mandane,Aſtyagis filia,quæ Cambyſi nupſit, Her.

Mandela,pagus eſt Sabinis,Horat.lib.epiſt.1.

Mandei,orum,pop.ſunt Indiæ,Pli.li.6.c.17.

Mandetrium,opp.eſt Liburnorum,Pli.li.2.c.22.

Mandibuli,pop.ſunt in Aquitania,Strab.

Mandonius, Dux Hiſpanus, Romanorum partes in Hiſpania iuuit cum Scipione Africano. Liuio,libr.29.

Mandori,pop.ſunt Libyæ interioris,Ptol.

Mandro,Nauicularius quiſpiam,qui aſpirante fortuna tandem factus eſt Imperator.

Mandropolis,vrbs Phrygiæ, ciuis Mandropolites. Steph.

Mandrus,mons eſt Libyæ interioris,Ptol.

Mandrynm,vrbs Apuliæ,ciuis Mandrynus, Steph.

Mandanſm,opp.eſt Mediterraneum Mauritaniæ.

Mandubij,pop.ſunt Galliæ iuxta Alexiam.

Manechuſa,ſiue Manathuſa,opp.Cretæ inſulæ.

Manes,flu.eſt Locridis,qui & Bæagrius,Strab.

Maneſium,vrbs Phrygiæ,à Mane ditiſsimo cõditore,Steph.

Manethus Mendes,Ægypti ſacerdos,ſcripſit Philoſophiam,& alia nonnulla,Suid.

Mangon,inſ.eſt Æthiopiæ Ægypti in ſinu Arabico.

Mania extrema,opp.eſt Lesbi inſulæ,Ptol.

Mania,vrbs Parthorum ab Oriente Hyberno,Plin. lib.6 c.25.

Mania,dea larium mater,cui olim ſacrificabant,&

Maniæ,laruæ quædam,quæ pueris minitari ſolent.

Manichæi,hæretici,à quodã Perſa Manichæo dicti.

Manita,pop.ſunt Arabiæ Fœlicis,Ptol.

Manilius Octauius,Tarquinij gener, qui Romanis bellum intulit. Liu.lib.1.

Maniolæ,inſulæ ex aduerſo Indiæ extra Gangem.

Manius,prænomen ab eo,quod mane quis initio natus ſit,vt Lucius qui Luce,Feſt.

Manius Marcius,ædilis,primum frumẽtum populo in modios aſsibus donauit,lib.18.c.3.

Manliana,opp.eſt Hiſpaniæ Luſitaniæ,Ptol.

Mãliana,op.eſt Tuſcorũ in Italia,Pto. vul.Mãliano

Manlius,nomen viri proprium.

Manlius Antiochenus,cõditione ſeruus,arte Aſtrologus,ac poeta,Plin.lib.35.c.17.

Manlius Capitolinus, ſic ob defenſum Capitolium dictus.

T.Mãlius Torquatus,cognomẽto Imperioſus,vnde

Mãliana imperia,prouerbium in eos,qui nimis rigida iuris obſeruatione,humanitatis & æquitatis obliuiſcuntur.

Manlius Volſo,contra Gallogræcos bellum geſsit, & eos ſuperauit,de quo Liuius lib.4.Decada 4.

Manlius Torquatus, orator plus habuit facultatis ad dicendum,quàm voluntatis,Cicer.

L.Manlius,pictor inſignis,de quo Macrobius.

Mãnus filius fuit Teutonis dei,a quo dicti Alemãni.

Manoba,opp.eſt Bætica in ora maritima,Vul.Bezmiliana.

Manocaminum,ciu.eſt Ægypti.

Manreli,pop.ſunt Libyæ interioris,Ptol.

Manreli,pop.ſunt Colchidis regionis,Ptol.

Manteum,opp.eſt in Ionia, Pli.lib.5.c.29.

Manteum aliud opp eſt Colophoniorum,Plin.ibid.

Manthyrea,oens eſt in Arcadiæ regione.

Mantines,pop.confines Armæneijs,& terræ Ciſsiæ Herod.

Mantinea,quæ Pto.Mantinia,& poſtmodũ Antigoni oppidum in eadem Arcadia,Pli.lib.4.c.6.

Mantinum,ciu.eſt Corſicæ inſulæ,Ptol.

Mantius,Melampi filius ex Iphianaſſa Præti filia.

Mantons,fuit.Tireſiæ vates Thebani filia,Var.h.ib.

Mantua,opp.eſt Galliæ Ciſalpinæ,Virgilij patria.

Mantua,ab Ocno filio Tyberis, & Mantus Tyreſiæ vatis filia condita dicitur,vul.Mantoua.

Man-

Digitized by Google

Mantuanus,a.um.à Mantua deducitur.
Mantua,quoque,opp.eſt Hiſp.Ptol.Vulg. Madrid.
Mapalia dom' ſunt paſtoriciæ in Cyrenaica regione
Mapeta.ciuitas eſt Sarmatiæ in Aſia.Ptol.
Maphoritæ,pop.ſunt Arabiæ Fœlici.Ptol.
Mapſr,ciuitas eſt Idumææ in Palæſtina,Ptol.
Marabina,opp.eſt Cyrenaicæ regionis,Ptol.
Mara,ciuitas metropolis Arabiæ Fœlicis.Ptol.
Maraca,ciuitas eſt Arabiæ Fœlicis,Ptol.
Maraga,ciuitas eſt Arabiæ Felicis.Ptol.
Maras,vir apud Beroen Syriæ ditiſſimus, humanus, & officioſus,vt ſcribit Eraſ.
Maraſdi,ciuit.eſt Arabiæ,Ptol.
Marathe,inſ.eſt propè Corcyram.Plin.libr.4.c.12.
Marathaſium,vrbs Cariæ,gentile Marathesij.Steph.
Marathon,locus celebris in Atthica regione,Strab.
Marathon,opp.iuxta Thricoritum, & Rhaninem, Strab.lib.9.
Marathonius,a.um.id eſt,res ad Marathonem pertinens.
Marathonius taurus,dictus eſt,quem apud Marathonem Theſeus interfecit.
Marathonius,campus eſt in Hiſp.citeriori,Strab.
Marathus,parua vrbs eſt Phocidis,Strab.lib.9.
Marathuſa,opp.eſt Cretæ Mediterraneū.Pli.lib.4.
Marathuſa,inſu.eſt adiacens Epheſo,quæ & Clazomenia,ſic dicta à copia fœniculi.
Marcæum,mons Troadis iuxta Geragitem,Steph.
Marcella,mulier Rom.quæ quum à matre rogaretur, num gauderet,ſe nupſiſſe,reſpondit, Ita valde, vt amplius nolim.
Marcellus,vir Romanus clariſſimus, de quo Plutar. & alij ſcripſerunt.
Marchubij,pop.ſunt Africæ propriæ.Plin.lib.5.
Marcinna,ciu.eſt in Italia,Strab.lib.5.
Marclylas,latro inſignis in ſylua Dodonæa,Tortel.
Marcodurum Vbiorū vicus in Belgica.Vulg.Dura.
Marcomani,pop.Germaniæ,quos nunc Morauos, & Bohemos dici exiſtimant.
Marcoti,pars eſt,quæ vbi mari imminet,Tenia dicitur.
Marculus,diminutiuum à Marco,inquit Feſt.
Mardara,ciu.eſt Armeniæ minoris.Ptol.
Mardara,ciu.eſt Ponti Cappadocum.Ptol.
Mardi,pop.ſunt Armeniæ maioris,Ptol.
Mardocea,regio eſt Babyloniæ.Ptol.
Mardonia,regio eſt Epiroticæ regionis.
Mardonia.mēdoſe,pro Pādoſia legitur: Theopō Mardonius Perſa,pro Xerxe in Græcia bellum gerens ab Arimeceſto Spartiata ſaxo obrutus eſt,Plut.
Marea, vrbs eſt Ægypti Africam verſus, Herod. lib.2.
Mareontis,locus eſt propè Alexādriā,Pl.li.5.c.10.
Mareotis,portio eſt Africæ iuxta Cyrenaycam.
Mareotis,idis,regio eſt pars Ægypti.
Mareotis,villa eſt præfectura Libiæ,Ptol.
Mareotis,pars Epiri,in qua optimum vinū naſcitur.
Mareoticus,a.um.res ad Mareotidem pertinens.
Mares,pop.vicini in Moſinœcis,Steph.
Margæa,nomen fontis. Plinio, quo nomine dicta eſt vrbs in Elide,gentile Mageus,Steph.
Margalæ,ciuit.eſt in Peloponneſo.Strab.lib.8.
Margaſi,pop.ſunt Mediæ.Ptol.
Margiana,regio eſt Aſiæ maioris,Strab.lib.10.
Margiana,regio eſt in Media,vnde Margiani, hodie Zagarai dicuntur.
Margus,flu.Margianæ regionis in Oxū fluens, Pto. lib.6.c.10.
Maria,fœmeninum eſt à nomine Marius,Claud.
Maria,nomen Virginis Deiparæ.
Maria,palus eſt in Ægypto Marmarica,Ptol.
Mariaba,metropolis eſt Sabæorum,Strab.lib.16.
Mariama,ciuit eſt Arabiæ Felicis,Ptol.
Mariama,ciu.eſt Caſioridis regionis Syriæ,Ptol.
Mariamirani,pop.ſunt Syriæ Cœles.Plin.lib.5.
Mariana,ciuit.eſt Corſicæ inſulæ,Ptol.
Mariana foſſa,locus eſt in prouincia Narbonenſi.
Mariana foſſa,inter Maſſiliam,& Rhodanum aſſidet, Pomp.vulg.Aguas muertas.
Mariani,montes in Bætica,nunc Sierra Morena.
Mariandini,pop.ſunt confines Bithyniæ,Herod.
Marica, dea eſt littoris Minturnēſium iuxta Lyrim amnem,Horat.8.carminum.
Marica,ciu.eſt Perſidis regionis.
Marica,ſylua eſt Italiæ in Campania.
Maridunum,opp.eſt Britanniæ inſulæ,Ptol.
Marimaruſa, à Cimbris dicitur, quod mare mortuum app.
Marina,palus in Cyrenaica regione.
Mariona,ciu.eſt Germaniæ,Ptol.vulg. Lunemburg.
Marionis,alia ciuitas Germaniæ.Ptol.
Maris,flu.Agathirſorū in Iſtrum fluēs,Herod.lib.4.
Marithi,montes ſunt in Arabia Felici.Ptol.
Marium,opp.Cypri inſulæ,Steph.
Marius Arpinas humili loco natus,ſepties apud Romanos Conſul fuit,Plut.
Marij,multi fuerunt,de quibus vide Volaterranum.
Marmaces,pop.Æthiopiæ Steph.
Marmarica, regio eſt Ægypto, & Libyæ vicina, hodiè Barcha.
Marmaridæ,pop.Africæ Ægypto cōtermini,Pl.li.5.
Marmaridus,a.um.res ad Marmaridas ſpectans.
Marmarium,opp.eſt Eubœæ inſulæ,Strab.
Marmaria,gens eſt in Sarmatia Europæ.
Marnam,templum Iouis Cretenſis in Gaza Paleſtinæ Steph.
Maro,vt quidam volunt,opifex figulus,pater Virg.
Marobundum,opp.eſt Germaniæ.Ptol.
Maroneia,ciu.eſt Ciconiæ in Thraciæ Cherſonneſo.
Maroneia,vrbs eſt Thraciæ, Herod.lib.7.Vulg.Maroña.
Maroneia,à Marone Rege Thraciæ,vnde vinū Maroneium.
Maroneia,ab Euandro Rhadamāti filio condita. Herod.lib.6.
Maronias,ciu.eſt Chalcidicæ regionis Syriæ.
Marora,opp.eſt Cappadociæ.Ptol.
Marpaſa, opp. Aſiæ,de quo Plin.lib.2.& 10.
Marpeſus,mons in Paro inſula,à quo.
Marpeſius,a.um.Virg.Aut ſtet Marpeſia cautes.
Marpiſſa,filia Eueni ſpecioſa inter paucas nymph.
Martambius,flu.eſt Sarmatiæ Aſiaticæ,Ptol.
Marraſium,opp.eſt Perſidis regionis,Ptol.
Marrubium,opp.eſt Marſorum, Strab.Vul. Mauro.
Marucini,pop.Sorum in quarta Italiæ regione.
Mars,apud gentiles deus belli creditus eſt,Varr.
Mars,dictus quod maribus in bello præſit.
Mars,à poetis Mauors dicitur, quod magna vertat.

Marſi,pop.Italiæ inter Pelignos,& Samnites.

Marſi,pop.in Scythia,Herod.lib.4.

Marſia,Regiuncula Italiæ à MarſoCirces filio dicta

Marſus.a.um & Marſicus,a um.adiectiua,Cic.

Marſia, flu. Apameam præterfluens.

Marſippus,vrbs Phœniciæ,gẽtile Marſippius, Ste.

Marſonia,ciu.eſt Pannoniæ inferioris,Ptol.

Marſpiter,Martis pater,ſicut Dieſpiter dici pater.

Marſtitæ,pop.fuerunt in Liburnia,Plin.lib.3.

Marſyas,Peleus hiſtoricus,ſcripſit res Macedonicas,lib.10.Suid.

Marſyas Thebanus,ſcripſit de tranquilitate animi libros 12.

Marſias,tibicẽ inſignis ex Celenis oppido Phrygiæ

Marſias,fluu.ex Hydriade regione defluit in Meandrum,Her.lib.5.

Marthula,ciu eſt in Cappadocia,Ptol.

Martia,Catonis filia minor,dixit, in vxoribus magis elegi ſolere diuitias,quàm pudicitiam.

Martia,aqua Romæ fuit oriens in vltimis montium Pelignorum.

Martia aqua,quondam Anfeia vocabatur, fons ipſe Piconia.

Martiales , quidam appellabantur miniſtri publici Martis.

Martialis poeta,qui epigrammatum feſtiuitate epigrammatici nomen promeruit.

Martini,pop.ſunt Arabiæ deſertæ,Ptol.

Martion Smyrneus,vir qui de ſimplicibus affectibus ſcripſit,Plin.lib.26 c.3.

Martius,qui Ancus cognominatus eſt, quartus Romanorum Rex,Plin.lib.31.

Martius campus,Romæ dictus eſt,quod Marti conſecratus eſſet.

Marningi,pop.ſunt Germaniæ magnæ,Ptol.

Marullus,Tribunus plebis cũ Flauio coronas Cæſaris Dictoris ſtatuis detraxit,Plut.in Cæſare.

Marullus,item poeta mimographus ſub Antonino Principe.

Maruidæ,pop.ſunt Mediæ,Ptol.

Maſadâ,caſtellũ eſt Iudææ Palæſtinæ,Pli.lib.5.c.19.

Maſaram,ciu.eſt Armeniæ minoris,Ptol.

Maſatar,flu.eſt Mauritaniæ, Pli.li.5.c.1.

Maſati,pop.ſunt Mauritaniæ,Plin.ibid.

Maſchine,vrbs Scenitarum Arabum,Steph.

Maſcora,vrbs Libyę,& Alia propè Heſperides,St.

Maſdoramus,mons qui Parthos ab Aſia ſeparat.

Marſeſolij,pop.ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis,Pto.

Maſeris,palus quædam,& vicus,& inſula,Steph.

Maſices,pop.ſunt Mauritaniæ,Ptol.

Maſicolus,mons eſt in Lycia,Ptol.

Maliniſſa,Numidarum Rex in Africa,prius Romanorum hoſtis,deinde amicus perpetuus,Liuio.

Maſirholus,flu.eſt Libyæ interioris,Ptol.

Maſitholas,a mõte qui Theonochica, id eſt, deorũ currus dicitur,Flor.

Maſſa,flu.eſt Libiæ interioris,Ptol.

Maſſadalis,villa eſt Marmaricæ in Ægypto,Ptol.

Maſſagetæ,pop.Scythiæ Aſiaticæ Orientem verſus. Luca.

Maſſagetes,pop.Thraciæ Septentrionales.

Maſſalia,flu.eſt Cretæ inſ.Ptol.Vulg.Meſano.

Maſſani,pop.ſunt Arabiæ deſertæ Ptol.

Maſſaura, vrbs Indorum gẽtile Maſſaureus, Steph.

Maſsia,ciu.eſt in Peloponneſo,Strab.

Maſsica,regio Bæticæ Tarteſijs opp. quæ Vitruuio. Maxia.

Maſsicus,mõs eſt Cãpaniæ,optimi vini ferax, vnde

Maſsicus,a.ũ.adie. vt Munera Maſsica Bacchi, Vir.

Maſsicum,dicitur ipſum vinum ex Maſsico monte prouueniens,Hora.

Maſsilia,ciu.eſt prouinciæ Narbonenſis,Vulg.Marſella.

Maſsilia altera,ciu.Romanorum in Narbonenſi prouincia.

Maſsilienſis,Maſsilitanus,& Maſsilioticus,a.um.a Maſsilia dicuntur.

Maſsilioticum oſtium,vnum ex Rhodani oſtijs.

Maſsierius,eques Romanus Iuriſconſultus tempore Tiberij non in celebris.

Maſsyla,prouincia eſt quam quidam Getuliæ, & Numidiæ vicinam dicunt.

Maſsyli,& Maſsilæi,pop.Africæ propriè dictæ.

Maſsili,ſiue Maſſuli,Vir.Maſsyliquè ruunt equites, & odora canum vis.

Maſsyli,vnde Maſsylij , & Maſsilæi , & Maſsylus, a.um.

Maſsilæus,a.um.Mart.& Maſsilæum virga gubernat equum.

Maſta,mons eſt Æthiopiæ ſub Ægypto,Ptol.

Maſtiani,pop.iuxta Herculis columnas ab vrbe Maſtia,Steph.

Maſtitæ,pop.ſunt Maſtæ montis accolæ,Ptol.

Maſthala,ciu.eſt Arabiæ Felicis,Ptol.

Maſtramelle,vrbs,& palus Celticæ,Steph.

Maſtuſia,promont.eſt Thraciæ Cherſonneſi,Ptol.

Maſuchis,vicus eſt Marmaricæ in Ægypto,Ptol.

Matalia,ciu.eſt Cretæ inſulæ,Ptol.

Matelge,opp.eſt Garamantum in Africa,Plin.lib.5

Mateni,pop.ſunt Sarmatiæ Aſiaticæ,Ptol.

Mateolani,pop.ſunt Hirpinorum in Italia.

Mater magna,terra dicitur,& mater alma,quod omnia alat,& mater Deorum,quod omnia generat.

Matia,ciu.eſt Vmbrorum Dionyſio Alicarnaſ.

Matiana,pars Mediæ,Steph.

Matini,pop.ſunt Hirpinorum in Italia,Pli.lib.3.

Matinus,mons eſt Apuliæ buxis abundans,Horat.

Matiſſa,ciu.eſt Corſicæ inſ.Ptol.

Matites,pop.ſunt Libyæ interioris,Ptol

Matium,opp.eſt Cretæ in ora maritima, Plin.lib.4.

Matralia,matris Matutæ feſta.

Matrici,pop.ſunt Galliæ Belgicæ.

Matrinus,fluu.eſt Marucenorum in Italia,Ptol.Vulgo Piomba,eu Abbruzzo.

Matrona,flu.Galliæ Celtas à Belgis ſeparans.Cęſar Vulg.Marne.

Matroſalentinus,in Sicilia,Cic.4.in Verrem.

Mattiacæ pilæ,quas Martialis pro ſapone poſuit.

Mattiacum,opp.eſt in Germania,Ptol.

Mattiaci,pop.ſunt Germaniæ,à Mattiaco.

Mattiaci,fontes ſunt calidi in Germania trans Rhenum.

Mattilicates,pop.ſunt Vmbriæ,Plin.lib.3.c.14.

Matiſium,opp. eſt in Thera inſula , quod & Macyſtum.

Matuta,dicta Aurora,quod matutino tẽpori præſit.

Matylus,ciu.in ora maritima Pamphyliç,Ptol.

Mauis,opp.eſt Ætiopiæ,Pli.lib.5.c.8.

Maube,

Maube, ciu.eſt Meſopotamiæ ad Euphrathem. Melius Baume.
Mauitania, regio eſt prouinciæ Tarraconnenſis, Pli.
Mauors, dicitur Mars per Epentheſim, ſicut nauita pro nauta, quod magna vertat, Cic. de Nar. Deo.
Mauritania, Africę regio extrema iuxta Gaditanum fretum, quo ſepararur ab Hiſpania.
Mauritaniam, Anteus ab Hercule. victus inhabitaſſe dicitur.
Mauritania Tingitana, regio eſt Occidentalis Africæ.
Mauritania Cæſarienſis, regio ſuperioti cōtermina.
Mauri, pop. ſunt vtriuſque Mauritaniæ.
Mauriranus, a. um. poſſeſſiuum à Mauritania, vt Bellum Mauritanum.
Mauri, pop. ſunt propè Hiſpaniam. Salluſtio.
Maurus, inquit Lucanus, lib. 4. concolor Indo eſt.
Maurusi, dicūtur Græcè, qui Latine Mauri, & Mauritani.
Mauruſij, extremi propè Oceanum, pop. aduerſus Gades.
Mauruſiacus, a. um. res ad Mauruſius pertinens.
Mauſoleus, Rex Cariæ, quem nulla re abſtinuiſſe pecuniæ cauſa ſcribit Theopompus, Suid.
Mauſoleum, ſepulchrū Regis Mauſeoli, adeò pretioſum, vt inter 7. orbis miracula numeretur, vnde Suetonius.
Mauſoleum ſepulchrum Cæſarum appellauit.
Mauſolei, dicuntur Cares à Mauſeolo, Steph.
Maxilua, opp. Turdetanorum in Hiſp.
Maximus Curio, vir erat, ciuius authoritate curiæ omnes regebantur.
Maxuia, colonia Africæ propriè, Ptol.
Maxula vetus, inter Bragadam, & Tritonem fluuios
Maxyes Pœni, pop. Efricæ, Herod. lib. 4.
Mazaca, ciuitas Cappadociæ ſub monte Argeo, quā dicunt vrbium matrem, Steph.
Mazacenius, a. um. res ad Mazacam ſpectans.
Mazazyla, vicus eſt Marmaricæ Ægypti. Ptol.
Mazæi, pop. ſunt Dalmatiæ, ſiue Liburniæ, Ptol.
Mazæum, ciuit. in Bithynia, Steph.
Mazara, ciu. eſt Armeniæ maioris. Ptol.
Mazarini, pop. ab eadem Mazara dicti.
Mazaro, ſiue Mazarus, flu. eſt Siciliæ. Ptol.
Mazax, Africæ populus, qui in torquendis miſſilibus non eſt inferior Pœnis, Beroald.
Mazeras, flu. in ora maris Hyrcani. Plin. lib. 6. c. 16.
Mazeres, Cyri Regis miles apud Herodotum.
Maziſces, pop. ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptol.

M ANTE E.

Mearus, fluuius eſt Hiſpaniæ in ora Aſturum, Pomp. lib. 3. vulg. Mearon.
Mecha, ciuitas eſt Arabiæ Felicis, quam Sarraceni incolunt.
Mechleſus, ciu. eſt Cholchidis regionis. Ptol.
Meciſtus, vnus fuit ex ſocijs Aiacis Telamonii, Hom.
Mecœnas, vir equeſtris ordinis, Hetruriæ Regibus ortus, amicus Cæſaris Auguſti, Hor.
Mecœnates, dicuntur bonarum artium protectores.
Mecolentum, inſula eſt in ſinu Illyrico.
Mecyberna, opp. eſt Macedoniæ. Plin. libr. 4. c. 10.
Mecybernæus ſinus, eidem, opp. adiacens, Plin.
Meda, ciuit. eſt Arabiæ Felicis, Ptol.
Meda, vrbs eſt Theſſaliæ Perotto.
Medana, ciuit. eſt Arabiæ Petreæ, Ptol.
Medea, filia Aeetæ Regis Colchorum, Iaſonis vxor Iuſti. lib 42.
Medeni, pop. ſunt Africæ propriæ. Ptol.
Medeon, ciu. eſt Bœotiæ, Steph.
Medeſicaſtes, filia Priami notha, Hom.
Media, prima prod. regio eſt latè parens in Aſia.
Media, à Medo, filio Medeæ, & Ægei Athenienſium Regis filio dicta eſt, vt Solinus refert.
Medeia, per ei, non per. æ. in prima ſcribendum eſt.
Mediam, à Medeo Iaphet filio dictam eſſe ait Ioſephus.
Medi, pop. ſunt regionis Mediæ.
Medius, & Medicus, a. um. res ad Mediam pertinēs.
Medina, opp. eſt Brutiorum in Italia, Plin. lib. 3. c. 5
Medinaſſa, opp. eſt Cariæ contributum, Plin. lib. 5.
Mediolanium, oppidum eſt Santonum in Gallia Aquitanica, Vulg. Saintes.
Mediolanium, ciu. eſt Germaniæ. Ptol. Vulg. Monaſterio.
Mediolanium, opp. eſt Britanniæ, Ptol. Vulg. Maneheſtre.
Mediolanium, ciu. eſt Gallorum Inſubrum Principe Medo adaucta. Cat. in fragmentis originum.
Mediolum, opp. Hiſp. Vulg. Medina Celi.
Mediomatrices, & Mediomatrici, pop. Belgicæ. vul. Metz de Lorena.
Medioxumi, dij minores antiquis dicti ſunt, Plut.
Medicrina, dea medicamentorum antiquitus, Feſt.
Meditrinalia, ſacra erant deæ Meditrinæ, Feſt.
Medoacus minor, fluu. Patauinorum propè Padum, Vulg. Bachilone.
Medoaci, portus inter Menetias, & Foſſam Clodiā. Vulg. Malamocco.
Medon, vnus fuit ex Centauris, Perotro.
Medon, filius fuit Otlei ex matre Rhena Hom.
Medon, vnus procerum Penelopes, Ouid.
Medon, vnus ex nautis, qui à Baccho in delphines mutati fuerunt, Ouid.
Meduacus maior, flu. Galliæ Ciſalpin. vulg. Breuta.
Meduli, pop. ſunt prouinciæ Narbonenſis, Ptol.
Meduli, pop. ſunt Alpini, Plin. lib. 3. c. 20.
Medullina, virgo Romana ab ebrio patre in tenebris violata, Plutar in Paralel.
Medullum, opp. fuit Latij quod interijt.
Medullum, opp. eſt Viudoiiciæ. Ptol. Vulg. Moldinga.
Medullus, mons eſt Cātabriæ, Floro de bel. ſub Au.
Meduſa, filia fuit Phorci ex Cetho coniuge vna Gorgonum, vnde.
Meduſæus, a. um. adiect. vt Os Meduſæum. Ouid.
Medylli, pop. ſunt in prouincia Narbonenſi.
Medyllia, vrbs ab Albanis condita, gentile Medyllinus.
Megaa, fons eſt in agro Syracuſano.
Megabyli, ſiue Megalobizi, dicebantur Dianæ Epheſiæ ſacerdotes, quos eunuchos eſſe oportebat, Quint.
Megaclides, Philoſophus Peripateticus, tempore Protagoræ. Dieg. Laertius.
Megæra, vna è tribus furijs infernalibus, Virg. li. 12
Megale, inſ. eſt propè Smyrnam, Plin. lib. 5. c. 31.
Megaleſia, dies qui dicatus erat magnæ deorum matri ceremonijs, vnde ludi Megalenſes.
Megalla, prædium Pollianum eſt apud Papinium.

Megalopolis,ciu.eſt Arcadiæ,Strab.lib.9.
Megalopolitanus,a.ū.res ad Megalopolim pertinēs
Megara,quæ & Meura,ciu.eſt Siciliæ inſul.Pto.vul. Auguſta.
Megara,orum.ciu.eſt Atticæ regionis,Plin.lib.4.
Megarenſis.e.ſiue Megaricus,a um.ab vtraquè.
Megareus,a.um.Ouid Namquè mihi genitor Megareus.
Megara,vrbs alia in Ponto,alia Illyrica, alia Moloſsiæ,Steph.
Megarius,filius fuit Oncheſti,& Pater Hippomenis a quo Megaricus,a.um.Ouid.
Megaricum,oppidum Bithyniæ,Steph.
Megaris,etiam Niſæa vocabatur Niſo Pandionis filio,Steph.
Megaris idis.regio eſt in Achaia, à quo bulbi Megarici.
Megaris,inſ.eſt adiacēs Neapoli,Pli.li.3. vul. Oui.
Meges,vnus fuit ex Græcorum Principibus,qui ad Troiam venerunt.
Megiſta,inſ.eſt in mari Lycio,Plin.lib.5.c.13.
Medubricenſes,pop.ſunt Hiſp.ſtipendiarij.
Meionis,appellata eſt quōdā Cypros, vul. Chipre.
Melachrene,Sibylla Cumana à quibuſdā dicta Ari.
Melena, inſ. quæ alio nomine Corcyra appellatur. Stat.vulg.Curzola.
Melæne,opp.in Arcadia inter Heream, & Megalopolim.
Melæum,prom.eſt Peloponneſi,alias Melea.
Melamborius,ventus qui campum quendam prouinciæ Narbonenſis infeſtat.Strab.lib.4.
Melāpea,vrbs Lydyæ,gentile Melampeus,Steph.
Melamphyllus,mons eſt in Thracia,Pli.lib.4.c.11.
Melamphyllus,inſ.nomen in Aſia,Plin.lib.5.
Melampus,filius Amythaonis,& Dorippes, Hom.
Melampus,nomen canis apud Ouid.lib.3.Metam.
Melanchlæni,pop ſunt Septentrionales,Pomp.li.1.
Melandia,regio Sicyoniæ,gentile Melandius.
Melane,locus eſt in Attica regione.
Melane,inſ.contra Epheſum,Pli.li.5.c 31.
Melanes,ſinus adiacens Thraciæ, Ptol. vul. Golfo de Caridia.
Melanes,vel Nigromōtes,iuxta deſerta Arabiæ,Pt. hodiè mons Sinai,vel mons S.Catherinæ.
Melangitæ,pop.ſunt Arabiæ Felicis.
Melania,locus eſt in Cilicia,Strab.lib.14.
Melanida,inſ.quæ Melos,Cretæ adiacens.
Melanippum,flu.Pamphyliæ,gentile Melannippius. Steph.
Melanogætuli,pop.ſunt Lybiæ interioris,Ptol.
Melanthia,filia fuit Deucalionis ex Pyrrha. Hom. Odyſ.lib.10.
Melantius,vir Troianus,quem Euryphilus occidit.
Melanthius,paſtoris proprium apud Theocritum.
Melanthius,pictor fingendi cura præcipuus.Quint.
Melātho filia Prothei ſenis,quam Neptunus in Delphinem verſus violauit.
Melanthus,qui & Melāthius, flu.in Pōtum cadens.
Melaniō,dictus eſt Hippomenes,eo quod pomis certamen confecerit.Propert.
Melanum,inſ.eſt in ſinu Ceramico.Plin.
Melanus,flu.eſt Traciæ,Ptol.
Melas,flu.eſt Mygdoniæ.Ouid. lib.2.Metam.
Melas,flu.eſt Pamphyliæ,Pomp.lib. 1.c.14.
Melas,flu.eſt Traciæ,Pli.li.4.c.1.
Melas,flu.eſt Bœotiæ à Parnaſſo profluens.
Melas,flu.eſt Siciliæ.Oui lib.4.Faſtorum.
Melas,flu.eſt Arcadiæ, Strab.
Melcomani,pop.ſunt Liburniæ,Plin.lib.5.c.22.
Meldi,pop ſunt Galliæ Lugdunenſis,Ptol.
Meldica,ciu.eſt Africæ propriæ,Ptol.
Meleager, filius Oenei Regis Calydoniæ Atlantæ coniux.Ouid.lib.8.Metam.
Meleagræa, Calydon vrbs dicitur, quia Meleager in ea imperauit,Perot.
Melegene,inſ.in Mari Adriatico adiacens Dalmatiæ.Vul.Meleda.
Melena,inſula eſt poſtea Cephallonia.
Meles,is.& etis,flu.Ioniæ Smyrnam abluens,Plin.
Meletus,a.um.Tibull.Meleteas,nec mallem mittere chartas.
Meleſigenes,nomen Homeri,qui propter cæcitatē, Homerus eſt appellatus.
Meletius,præſul in Aegypto Arrian.ſectæ.
Meleum,prom.eſt in Peloponneſo.
Melia,vrbs Cariæ,gentile Melicus,Steph.
Melibœa, vrbs eſt Magneſiæ proxima Theſſaliæ, Her.lib.6.patria Philoctetæ Pæantis filij.
Melibœus,a.um.res ad Melibœam pertinens.
Melibœus,nomē paſtoris , dictus quod boum curam habeat. Theocrit.& Virg.
Melibœus,mons eſt Germaniæ magnæ,Pto.vul.Los montes de Heſsia haſta Miſnia.
Melicerta,filius Athamātis Thebarū Regis,& Inus
Melihunis,inſ vna ex Æolis, Liparæ alias dicta.Stephan.
Melij,a Lacedæmonibus genus ducūt.Her.lib.7.
Melodunum,opp.eſt Germaniæ,Ptol.
Meliſſus, Rex fuit Cretæ,qui prim. dijs ſacrificauit
Meliſſus,Corinthiorum pagus, a quo dictus Meliſſæus, Abronis filius.
Melita.inſ.inter Siciliam,& Africam in mari Libyco,vul.Malta.
Melitæus,a.ū.& Melitēſis a Melita,vnde Catelli.
Melitæi,& Melitenſis,Pli.li.30.c.5.
Melita,opp.eſt Atticæ regionis,Steph.& Plin.
Melitara,ciu eſt Phrygiæ magna,Ptol.
Melitea,opp.eſt Magneſiæ,Pli.lib 4.c.9.
Melitina,regio Armeniæ minoris iuxta Euphratem
Melitina,ciu.eſt eiuſdem regionis,Ptol.
Meliciniæ,Regio eſt in Suſiana regione,Ptol.
Melitine,ſiue Melite,vrbs eſt Cappad.Pli.li.5.c.24
Melitæa,vrbs Theſſaliæ,ciuis Melitæus.
Melitus,nomen eius,qui Socratem accuſauit.
Melitula,vrbs Illyriæ,gentile Melitulæus.Steph.
Melizandrus Mileſius.Centaurorum, & Lapitharū bellum ſcripſit.Ælian.de varia hiſtor.
Mella,flu.eſt Galliæ,iuxta quem Amello herba naſcitur.Seru.
Mellaria,ciu.eſt in ora freti Herculei.
Mellaria,opp.Beturiæ in Bætica,alia ab ea quæ infra ponitur.
Mellaria,quantum conijcimus eſt Tariſa. Pomponij Melæ patria.
Melo,nomē fluu.qui Nilus,& G.ō eſt appellatus.
Melobolis,Nympha Oceani,& Tethyos filia. Heſ.
Melobooter,eadem eſt quæ Ægæ,arum.
Melodunum,opp.eſt Galliæ in inſ.Sequanæ. Ceſar.

Digitized by Google

Meloeſſa,inſ.vna ex Syrenis ante Lacinium, Pomp.
Melos,inſ.vna è Cycladibus Cretæ adiacens,Pomp. Vulg.Milo.
Melphes,flu.eſt Lucaniæ in Italia,Plin.lib.3.c.5.
Melpomene,vna eſt Muſarum, tragœdiarum inuentrix à modulando nomen trahens,Virg.
Melpum,opp.fuit Italiæ Tranſpadanæ, Plin.libr.3. c.17.Vulg.Melzi.
Melſus,fluu.eſt Aſturum in Hiſp.Strab.lib.3.
Meluſſa,inſ.Hiſp.ſed in qua parte non ſcribitur.
Melyenſes.pop.Aſiæ Dario tributarij,Hero.lib.3.
Meltiaanum,opp.Africæ propriæ,Plin.lib.5.c.4.
Memaliarus,vnus eſt Cadmi ſocijs,Theram inſulam condidit,Steph.
Membliarus,inſ.propè Theram & Anaphen, Steph.
Memini,pop.ſunt Galliæ Narbonenſis,Plin.lib.3.
Memmius,vir Conſularis,qui de Ambitu poſtulatus fuit.
Memnon,filius Titani,qui Troianis in auxilium veniens ab Achille fortiter pugnans occiſus fuit.
Memnonius,a.um.adiectiu.vt color Memnonius, id eſt,niger.
Memnonides aues,dicuntur ex cineribus Memnonis
Memnon,vicus eſt Mediterraneus Ægypti, Ptol.
Memnones,pop.ſunt Æthiopiæ Ægypti,Ptol.
Memnonea,vrbs ſupra Choaſpem fluuium,quæ quoque Suſa dicitur.
Memphis,ciuitas eſt Ægypti Regia,& antiquiſſima, Vulg.El Cayro.
Memphi,pop.Memphin habitantes.
Memphites nomos, præfectura Ægypti à Memphi dicta.
Memphiticus,a um.res ad Memphin pertinens.
Mēpricius,Rex Britanniæ,qui fratrem MalynumRēno exuit & vita,vt eo mortuo regnaret. Volater.
Mena,dea apud Rom.quæ menſtruis fluoribus præerat.
Mena,primus Ægyptiorum Rex,circa annum mundi 2251. Diodo.Sicu.
Menace,opp.eſt. Hiſp.Bæticæ propè Malacam.
Menæ,arum,opp.eſt Siciliæ inſ.Ptol.Vulg. Mineo.
Menamini,pop.ſunt Siciliæ à Menis dicti Plin.
Menæ,inſ.duæ in Aethiopia Ægypti.Ptol.
Menæchmi,apud Plautum comœdia,in qua Menæchmus interducitur.
Menæchmus,philoſoph.Platonicus, Eudoxi auditor.
Menæchmus,hiſtoricus Sicyonicus,ſcripſit hiſtoriā Alexandri Magni.Suid.
Menala,villa eſt Marmaricæ in Ægypto.
Menalaites,ideſt,Præfectura ab eo dicta.
Menaleas,nomen paſtoris apud Virgil.in Ecloga.
Menalippe,fuit Antiopes,Amazonū Reginæ ſorori
Menalippea,inſ.vna ex Chelidonij, duabus.
Menalippides Poeta,ſcripſit Dit. yrambicorum libros plures,& poëmata,& epigrammata.Suid.
Menalapides iunior,ſcripſ.Lyrica,& Dithyrambica. Vixit apud Perdicam Regem.Suid.
Menalippus,Thebanus quidam,Tydei interfector. Steph.
Menalippus,Tydei frater,quem Tydeus in venatu fertur peremiſſe.
Menalippus Troianus,quem Priamus ob virtutē filij loco amauit,

Menander,Athenienſis comicus,ſcripſit fabul. 80.
Menander Laodiceus,ſcripſit commentaria in Hermog.
Menandreus,a,um.adiect.quod Menandri eſt.
Menanderhæreticus impius,qui Simoni Mago ſucceſsit,Irenæo,& Euſeb.lib 3.
Menandriani,hæretici à Menandro dicti.Euſeb.
Menapia,inſula eſt in mari Britanico. Plin.
Menapij,pop ſunt Galliæ Belgicæ,vulg.Los de Geldres,y Iulies.
Menaria,inſula eſt in mari Tuſco.plin.lib.4.c 6.
Mende,vrbs Siciliæ,propè Palicos.Steph.
Mende,opp.eſt Macedoniæ.Plin.lib.4.c.10.
Mendes,etis,ſiue Mendis Ægypti vrbs.Priſciano.
Mendeſii,pop.ſunt ab eodem oppido dicti.
Mendeſij populus eſt Ægypti Herod.lib.2.
Mendeſium,vnum ex oſtijs Nili fluminis.Ptol.
Mendiculea,ciuit.eſt Hiſp.Luſitaniæ Ptol.
Mendoza,familia illuſtris in Italia,à Roderico quodam originem traxit.
Mendus,ſiue Mindus,opp.Aſiæ propriè dictæ.
Meneceus,Creontis Thebanorū Regis filius,Strab. lib.7.Theb.
Meneceus,oraculo edito largitus eſt patriæ ſuum ſanguinem,Cic.in Tuſcul.quæſt.circa finem.
Menecina,opp.fuit Oenotriæ,à qua Menecinæi.
Menocis,vrbs vltima Pnocenſium,quæ ad Oceanum vergit.
Menecrates,vel Merecrates,Syracuſanus medicus, nullam medēdo mercedē accepiſſe dicitur. Suid. & Plut.in Apoph.& Cæl.c.30.lib.6.
Menecrates alius,comicus poeta fuit.Suid.
Menedeuium,ciuitas eſt Pamphyliæ, Ptol.
Menedemus,Phę tri diſcipulus,nobilis Philoſophus inter Socraticos.Laert.
Menedemus,item Lampſacenus Cynicus Philoſophus inſigniter ſuperſtitioſus,Laert.
Menelaus,filius fuit Atrei.& Æreopes,Rex Spartę, qui Helenam in vxorem habuit.
Menelaus,vrbs Ægypti.Strab.lib.14.& Regio Menelaites.Steph.
Menelaium,parua Regio Spartæ poſſeſsium Menelaicus.Steph.
Meneleus,vnus fuit ex Centauris
Meneleus,vnus è canib. Actæonis. Ouid.lib.3.Me.
Menenia,gens Romæ fuit.
Menephrō,viri proprium,qui cum matre cōcubuit. Ouid.lib.7.Metam.
Menes,primus omnium in Ægypto regnauit. Her.
Meneſthius,fuit Arithoi,& Philomeduſæ filius,ex Arna ciuitate,quem Paris in bello Troiano occidit Homer.initio lib.7.Iliad.
Meneſteus,Athenarū Dux,Theſei & Phædræ filius.
Meneſteus,nomen aurigæ Diomedis.
Meneſto,nomen nymphæ à memorando dictæ.
Meneſtratus,ſculptor præſtantiſsimus fuit.
Meneus,flu.eſt in Peloponneſo.Strab.lib.8.
Meneus,inſula circa Africam Lotophagi proxima. Plin.vulg.Gelues.
Menia Columna,locus Romæ,Cic.pro Seſtio.
Menippus Phœnix,Philoſoph. Cynicus, Diod.& Laert.
Menippus Stratonicenſis,Ciceronis præceptor.Cic. in Bruto.

Menippus,viri proprium.quem Philoſophū & ſeruum fuiſſe tradit Macrob.
Menimini,pop.ſunt Æthiopiæ,Plin.lib.7.
Menœtas,Lycaonis filius,qui à Ioue fulmine percuſſus eſt,quòd eundem deteſtaretur.
Mennius Conſul Roman.anno ab vrbe 430.
Menoba,opp.eſt Bæticæ in Hiſpan.vul.Veleamalaga.
Menoba quoque,Plin.fundus eſt Bæticæ.
Menocalenes,pop.ſunt Alpini,Pli.li.3.c.20.
Menœtius,filius fuit Auctoris ex Ægina, Patrocli pater.
Menophilus,eunuchus fuit,cui Mitridatis filiam in arce quadam ſeruandam dedit. Ammian. Marcel.16.
Menophilus alter apud Martialem,lib.7.
Menoſca,ciu.eſt Bardulorum Hiſp citerioris.
Menralia,Hiſp.vrbs,Ptol.vulg.Marcia , alij Bejar de Melena.
Menſa Solis,locus deſcribitur in Æthiopia,Solin.
Menreſa,opp.eſt in Hiſp.vulg.Iaen.
Mentoas,fluuius dicebatur, quem nunc Danubium appellamus.Euſtachius in Dionyſ.
Mentor,fuit in vaſis cælandis mirus artifex,Pli.lib. 12.c.11.
Mentoreus,a,um.vt Menſæ Mentoreæ.Iuuen.
Mentores,gens fuit Liburnorum, Plin.lib.3.c.21.
Mentum,opp.in Peloponneſo,Strab.lib.8.
Menus,vir fuit interSamnites,qui mire ſolitudinem amabat.
Menuthias,inſ.adiacens Æthiopiæ interiori , Ptol. vul.Malagaſcar,ò Isla de ſan Iorge.
Meonia,Regio Aſiæ minoris,vide ſupra Mæonia.
Meoriga,opp.eſt Hiſp.
Mepach,villa eſt Arabiæ Felicis,Ptol.
Mephyla,opp.eſt antiquum Larij.Dionyſ.Halicarn.
Mera,proprio nomine ſacerdos Veneris,S.a.8.The.
Mera,Præti & Antiæ filia,a Diana in canem verſa. Ouid.
Metaria,inſ.eſt adiacens Balearibus,Plin.
Mercurius,Iouis filius,ex Maia Atlantis filia.
Mercurius dictus,quod mercibus præſit , vel quod inter ementes & vendentes ſermo medius curat.
Mercurius modo Hermes Cyllenius,Ligius, Illuſtius,Argiphon dicitur.
Mercuriales,collegium,vel ſodales in honorē Mercurij,Cic.ad Quintum Fratrem.
Mercurij,opp.in Ægypto,quod Hermopolis.
Mercurij prom.in Africa propriè dicta,Ptol.
Merende,opp eſt Samnitum in Italia,Plin.
Merecrates, vide Menecrates.
Meri,orum.pop.ſunt iuxta Euphratem.
Meriones,auriga Idomenei,vnus è Græcorum fortiſſimis,qui ad Troiam venerunt.
Meris,inſ.eſt in mari Lycio,Plin.
Mermeſſos,vrbs Troiæ,patria Erithrææ Sybille.St.
Merna,inſ.eſt adiacens Libyæ in Oceano Ocidētali
Mero,dictus eſt Tyberius Nero,per iocum,quod in dipendio vinoſior eſſet.Tranq.in Tyberio.
Merob,primogenita Regis Saul.1.Reg.14.
Merobriga,opp eſt Hiſp.Luſitaniæ,Ptol.
Meroe,ciu.eſt in Meroe inſ.Æthiopiæ Ægypti.
Meroe,es.inſ.eſt Nili fluu.in Æthiopia Ægyp.Vul. Saba,isla del Nilo,donde predicò ſan Mateo.

Merce..i,pop.dicuntur incolæ eius inſulæ.
Merope,Atlātis,& Pleione filia,quæ Siſypho nupſit
Merope,ſiue Meropis,inſula quæ poſtea Co. Vulg. Lango.
Meropia,inſ.vna Cycladum,quæ poſteà Siphnus,Pli. Vul.Siſano.
Meropus,mons Græciæ iuxta Theſſaliam.
Meros,mons eſt Indorum,ſub cuius radicibus Niſa ciuitas conſtituta.
Merucra,opp.eſt Bæticæ in Hiſp.Plin.
Metula,fluu.eſt Liguriæ, Pli.lib 3.c.5. Vul.Meira.
Meſada,ciu.eſt Arabiæ Petrææ,Ptol.
Meſammones,vel Naſamones , pop. propè Syrtim maiorem.
Meſſapia,Apulia à Meſapo Rege dicta, Strab.lib.9.
Meſapus,mons inter Medos,& Pæonios,Ariſt.
Meſapus,Neptuni filius,qui Turno contra Æneam ſuppetias dedit,Virg.lib.7.
Meſerine,ciu.eſt Idumææ in Iudæa.Ptol.
Meſathea,inſ.propè Traciæ Cherſonneſum.
Meſauci,pop.ſunt Alpini,Pli.li.3.c.19. Los moradores entre el valle de Mueſelcina,y Bellinzona en Lombardia.
Meſchi,mons eſt Æthiopiæ interioris,Ptol.
Meſe,es.inſ.eſt vna Stœchadum,Plin.lib.3.c.5.
Meſe,ſes,vētus inter Boream,& Cæiam medius,Pli. lib.2.c.47.
Meſembria,oppidum eſt celebre in Thracia. Vulg. Meſember.ciuis Meſembrianus.
Meſembriacus,a,um,quod ad Meſembriā pertinet.
Meſi,pop.ſunt.Plinain eadem Thracia.
Meſia,palus eſt Germaniæ,Pomp.lib.3.c.3.
Meſia,ſylua in Thuſcia.Vul.Boſco de Baccano.
Meſola,ciu.eſt in Peloponneſo,Strab.lib.9.
Meſomedes, poeta Adriano Principe clariſsimus. Suid.
Meſon, Aſtrologus vnus ex his, qui Athenienſibus aſcriptus fuit,nauigaturis in expeditionem Siciliæ.
Meſopontius Neptunus,in Erebo Leſbi ciuitate colitur,Steph.
Meſopotamia,Aſiæ regio inter Tigrim, & Euphratem fluuios,vnde nomen habet.
Meſſa,ſiue Meſſena,ciu.eſt Peloponneſi,Stra.lib.8.
Meſſa,regio Iudææ,Hieron.in locis Heb. in qua habitauerunt filij Iectan.Gen.10.
Meſſa,nomen viri,3.Reg.11.
Meſſabatæ,pop.ſunt Perſidis regionis,Ptol.
Meſſala,dictus eſt Valerius Coruinus,quia Meſſanā in Sicilia deuicit,vnde Meſſalarum familia.
Meſſalina,filia Barbati Meſſalæ,conſobrini Claudij Imperatoris,ſummæ libidinis mulier.Suet.
Meſſana,ciu eſt in freto Siciliæ inſul.Vul.Meſina, à qua Meſſanenſes dicti.
Meſſana,à Meſſenijs condita,quæ prius Zancle dicebatur.
Meſſenij,pop.Siciliæ in Meſſana,Ptol.
Meſſanicus alueus,ex Pado Rauenā deductus,Plin.
Meſſapia,regio eadem quæ Calabria.
Meſſapia,ciu.quæ Varia Apulæ dicitur,Plin lib.3.
Meſſapius,a,um res ad Meſſapiam pertinens.
Meſſeis,fons eſt Theſſaliæ,Strab.lib.9.
Meſſenia,regio eſt Peloponneſi,Regnum Neſtoris.
Meſſene,es.ciu.in eadem regione.

Meſſe-

Digitized by Google

Meſſenius,a um.res ad Meſſeniam pertinens.

Meſſenij,pop ſunt Italiæ,Strab. Ptol. in Sicilia.

Meſſias Hebraicè; Græcè CHRISTVS, Latinè vnctus dicitur.

Meſſoa,Vrbs Laconiæ,gentile Meſſoates,Steph.

Meſſogis, mons Lydiæ, inde Meſſogites vinum, Steph.

Meſthles,vnus Ducum,qui Troianis in auxilium venerunt,Hom.

Meſtudia.ciu.eſt Hiſp. Floro hiſtorico.

Meſua,peninſula eſt in Prouincia Narbonenſi,Pōp.

Meſuiu, oppidum eſt Germaniæ.Ptol.Vulg.Maydburg.

Meſulani,qui Ptolom.dicuntur Miſulani, pop. ſunt Africæ.

Metabus heros,Metapontio nomen dedit,Steph.

Metacanus,opp.eſt Aſiæ propriæ dictæ.

Metacum,vicus eſt Arabiæ Felicis.Ptol.Græca lectio habet,Cumacatum.

Metacompſo,locus eſt in Ægypto, Ptol.

Metagonium,prom.eſt Numidiæ in Africa, Pomp. lib. 1.c.7.Cabo de tres arcas.

Metagonium, à Græcis terra eadem dicitur, quæ à Latinis Numidia.

Metagonitis,prom eſt in Mauritania Tingintana.

Metagonitis, ponitur iuxta Molochatę fluuij oſtia; Ptol.

Metallinenſis,colonia eſt Hiſpaniæ Luſitaniæ.Ptol.

Metanaſta,qui Iazigas,pop.Septentrionales,Europæ,Vul.Los de Tranſyluania.

Metapium,vnum ex oſtijs Rhodani,Plin.libr.3.c.4.

Metapontum,opp. Italiæ in ſinu Tarentino, Vulg. Pelicor.

Metapontini,pop.ſunt Metaponti incolæ.

Metarus,opp.eſt Hiſp.Ptol.

Metaurus,flu eſt in littore Brutio,Vulg.Seminara, en Calabria.

Metaurenſes, duplices ſunt, Vrbinates, & Trifernates.

Metelis,ciu.eſt Metropolis in Ægypto,Ptol.Vnde.

Metelites,nomos,Præfectura in eadem.

Metelli,plebe fuere,verum clari victorijs, & magiſtratibus,Liu.lib.9.

Metellus Cæcus Pontifex Romanus, qui de Pœnis ſpecioſiſſimum triumphum egit,Liuio.lib.59.

Metellus idem,a Macedonia deuicta, Macedonicus dictus fuit.

Metelli alij plures fuere,de quibus vide Liuium, & Ciceronem.

Meteroſa,ciuitas eſt Hiſpan.Ptol.Vulg.Pedraza de la Sierra.

Methona,ſiue Methone,ciu.Pelopon.Vul.Modon.

Methone,opp.eſt Magneſiæ,ſiue Theſſaliæ.Plin.

